ANECDOTA GRÆCA,

SACRA ET PROFANA,

EX CODICIBVS MANV EXARATIS NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA, VERSIONE LATINA DONATA, ET NOTIS ILLVSTRATA

A

IO. CHRISTOPHORO WOLFIO
Paſtore ad D. Cathar. Hamburg. & Scholarcha.

TOM. II.



HAMBVRGI,
Apud THEODORUM CHRISTOPHORUM FELGINER.
CIƆ IƆ CC XXII.

VA1 1505251

VIRO
MAXIME REVERENDO
AMPLISSIMO DOCTISSIMOQVE,
DOMINO
ERDMANNO NEVMEISTER,
PASTORI AD D. JACOBI AEDEM VIGILANTISSIMO DEXTERRIMOQVE,
SCHOLARCHÆ ITEM SPECTATISSIMO,
COLLEGÆ ET IN CHRISTO FRATRI CONJVNCTISSIMO DILECTISSIMOQVE,
SECVNDVM HVNC ANECDOTORVM TOMVM,
GRÆCIÆ VETERIS MONIMENTIS ALIQVOT,
QVORVM LECTIONE ET VSV VEHEMENTER IPSVM

DELECTARI COMPERTVM HABET,
IN SIGNUM GRATI PRO AMORE ET
BENEVOLENTIA, ADHVC
SIBI PROBATA, ANIMI,
ET TESSERAM CERTAM
MVTVI IN IPSVM STVDII
AMORISQVE,
SACRVM ESSE JVBET,
SVMMVM NVMEN PRECATVS,
VT LABORES EJVS IN VINEA DOMINI
STRENVE EXANTLATOS
FELICITER INPOSTERVM SVCCEDERE
JVBEAT,
OMNIBVSQVE FELICITATIS GENERIBVS MACTATVM
VOTI SVI FACIAT PARTICIPEM,
SOLISQVE INSTAR RECREET
ET
VT CLYPEVS TVEATVR,

JO. CHRISTOPH. WOLFIVS.

PRÆFATIO.

EN Tibi, Lector, alterum Anecdotorum Tomum, quem nuper promiſi. Ejus rationes & ſummam paucis tibi exponam. Accipis hic III. & IV. librum Photii contra Manichæos, utrumque huc dum ineditum. Tertius, quod nuper monui, in adſtruenda divina origine Veteris Inſtrumenti atque adeo & Legis Moſaicæ potiſſimum occupatur. Videtur is, ceu in limine notarum obſervavi, inſtar ſermonis ſacri ad publicum cœtum habitus, & deinde ab auctore recognitus fuiſſe. Quartus ſiſtit compendium libri II. & III. quorum ſummam Arſenio, Monacho, petenti

hoc modo repræſentare Photius conſultum putabat. Hoc & ipſe tam diſerte profitetur, & convenientia argumentorum adeo manifeſtum facit, ut nulli, me judice, dubitationi locus ſit. Neque tamen exiſtimandum eſt, Auctorem in nuda alias dictorum repetitione acquieviſſe. Nam cum in univerſum alio & curatiore ac comtiore dicendi genere hic uſus eſt, tum vero iisdem argumentis novum ſubinde robur adjecit, novamque adſperſit lucem, ac præterea nonnulla, antea omiſſa, priſtinis accedere juſſit. In notis de induſtria brevior fui, cum res ipſa prolixiores non poſtulare videretur. Eam commentationem excipit collatio Dialogi, qui inter *Gregorium Nyſſenum*, & *Macrinam*, ſororem ejus, de Anima & reſurrectione, facta ex obitu Baſilii M. occaſione, intercesſiſſe fingitur. Ille quidem ſemper lectu dignus mihi viſus

ſus eſt, ob induſtriam & doctrinam, quam ad argumenti hujus tractationem Pater optimus attulit. Perſpexi autem, totam commentationem pluribus locis in utraque editione Pariſienſi, inprimis vero in priore, peſſime acceptam & habitam eſſe. Quod ut appareret, partem illius totam cum verſione Latina priſtina, notisque meis exhibendam cenſui, deinde vero ſatis me feciſſe putavi, ſi varietates lectionum tantum ſubindicarem. Quæ vero etiam vel ſic omittere me ſpatii anguſtia coëgit, ea, ſi Deus vitam largietur, proximi Voluminis limen occupabunt. Ceterum ipſæ illæ varietates exhibentur a me ex duobus diverſis Codicibus, iisque bonæ notæ, & ut plurimum, ſaltem in iis, quæ alicujus ſunt momenti, ſecum invicem conſpirantibus. Alter eorum ornamentum eſt inſignis Bibliothecæ, quam

Illuſtris ZACHARIAS CONRADVS AB VFFENBACH, Reipublicæ Mœno Francofurtanæ Senator meritiſſimus, Statorque rei literariæ hodie præcipuus, non tam ſibi ſervat, quam eruditis quod ad uſum communem eſſe jubet. Scriptus is eſt Sæculo XIIII. in charta, formamque refert quarti ordinis, prout deſcribitur a doctiſſimo *Jo. Henrico Majo*, in Bibliotheca Vffenbachiana MSta Parte II. pag. 425. Folio Codicis illius 157. incipit hæc diſputatio & decurrit usque ad p. 257. *Et hic*, (verba habes Cl. *Maji*) *additæ marginibus ſunt varietates Lectionum, Calligraphi primam manum çalamumque adgnoſcentes. Ad calcem diſputationis, nempe folio* 251. *b. occurrunt* παρασημειώσεις τινὲς, ſcholia quædam, *ad hunc ipſum tractatum. Horum ſcholiorum aliqua e regione textus poni cœperunt, mox cum marginis ſpatium non caperet omnia,*

mnia, rejecta ad hunc poſtremum fuere locum. Denique paulo poſt monetur, *ſcholia ipſo codice eſſe recentiora, & ſero addita.* Atque iſtud quidem exemplum cum edito, Celeberr. Vffenbachii precibus adductus, contulit Illuſtris STEINHELIVS, Sereniſſimi Poloniarum REGIS Miniſter Reſidens in urbe ad Mœnum Francofurtana, eaque opera pro ſingulari, qua pollet, harum omnisque generis literarum notitia & dexteritate diligenter & feliciter defunctus eſt, raro omnino noſtra ætate exemplo, & vel ideo ad poſteritatem omnino memorando. Ego vero Pari Virorum incomparabili non minus meo, quam publico, nomine pro iſto literas provehendi ſtudio gratias decenter & officioſe perſolvo. Alter Codex pervenit ad me beneficio Rev. ZACHARIÆ HASSELMANNI, Verbi divini apud Oldenburgenſes in Wagria

Miniſtri ſolertiſſimi dexterrimique, qui ejus mihi copiam liberaliter fecit. Eſt ille, meo judicio, ejusdem & ætatis & formæ cum priore, in charta diligenter & curate exaratus, atque id habens præcipuum, quod, cum commentatio hæc diſputationis formam referat, colloquentium ſermones deſcriptis rubro colore diſputantium *Gregorii* & *Macrinæ* nominibus, a ſe invicem diſtingvantur. Quæ quidem res ſubinde contextus ſeriem egregie illuſtrat, quemadmodum vel ex ſpecimine, quod ipſe dedi, patebit. Colophonem huic Volumini imponunt epiſtolæ aliquot LIBANII, Rhetoris Antiocheni, hactenus, ſi unam exceperis, ineditæ. Debeo eas benevolentiæ MATVRINI VEYSSIERE LA CROZE, Potentiſſimo Boruſſorum REGI a Bibliotheca & Antiquitatibus, Viri in paucis mihi chariſſimi, & non minus a

doctri-

doctrina, quam inſignibus ingenii animique dotibus celebratiſſimi. Is jam ante aliquot annos mei juris eſſe voluit amplius binas epiſtolarum Libanii Centurias, quas manu ſua partim ex Codice Regio Berolinenſi partim ex Spanhemiano elegantiſſime deſcripſerat. Earum dimidia pars jam a Morello edita eſt, cujus tamen editio paſſim emendationem admittit. Ceteræ fere omnes ſunt ineditæ, ex quibus plures aliæ ſecutura hujus Collectionis Volumina, ſi inſtitutum hoc non diſplicere eruditis intellexero, occupabunt. Codex Regius, judice præſtantiſſimo *La Croze*, quatuor Sæculorum ætatem præ ſe fert, ac ſcholiis non ineptis inſtructus eſt. Omiſſis illis, quas Morellus dedit, ceteras, quæ lucem nondum viderunt, eodem ordine, quo in membranis ſcriptæ exſtant, obſervato, exhibendas putavi, de reliqvis inpo-

inpoſterum idem facturus. Ceterum monendus adhuc Lector eſt *Antonium Poſſevinum* in calce Apparatus Sacri, ubi exſtat Catalogus MSS. Græc. Bibliothecæ Heidelberg. p. 81. recenſere *Metrophanis*, Archiepiſcopi Smyrnenſis, commentationem libris quatuor comprehenſam, quorum I. *brevem & luculentam narrationem* ſiſtat de *recens exorta Manichæorum hæreſi*: II. *excerpta ex diverſis ejus homiliis contra eosdem Manichæos*: III. *ſecundam ejus editionem contra Manichæorum recens prognatum errorem, ad Antonium Metropolitam Cyzicenum*: IV. denique *librum de Spiritus S. myſtagogia, & quod, quemadmodum filius ex ſolo Patre genitus dicitur ſacris Oraculis, ſic etiam Spiritus S. ex eadem cauſa procedere Theologice dicatur, Filii autem eſſe dicatur, quia conſubſtantialis illi ſit, & per eum mittatur.* Atque hos quidem libros *Caſimirus Oudinus*

dinus in Commentario de Scriptoribus Eccleſiæ antiquis nupere dito Tomo II. p. 204. eosdem eſſe putat cum commentatione Photii quadripertita, quam nos in lucem protulimus, ſtatuitque præterea, eam *Photio* recte, *Metrophani* vero falſo inſcribi, ideo (vide pag. 232.) quia veri non ſit ſimile, Metrophanem Photii, cui inimicus erat, cauſam adverſus Latinos ornaſſe, tum vero, quod *ipſi illi quatuor libri ingenium Photii ardens atque vehementiam ad imponendas Latinis calumnias facilem arguant.* At ego nequaquam affirmare dubitē, utramque ſcriptionem diverſam eſſe, & a ſuo quamque auctore, cujus nomen præfert, profectam. Quamvis enim in nonnullis quod ad inſcriptionem adeoque & argumentum conſentiant, in aliis tamē a ſe invicem abeunt. Conſentiunt quidem in eo, quod uterque & inſtaurati Manichæismi hiſtoriam per-

perſecutus, & reptita opera in evertendis Paulicianorum erroribus verſatus eſt. Diſſentiunt autem tum ratione libri II. Metrophanis, qui excerpta ex homiliis ejus exhibet, qualia in Photiano labore, continua ſerie producto, non obſerves, tum reſpectu libri IV. inprimis, qui ad doctrinam de Spiritu Sancto pertinet, de qua nihil omnino habet Photius, cujus liber IV. ſummam tantum libri II. & III. adverſus Manichæos complectitur. Quo ipſo Oudini rationes allatæ per ſe corruant neceſſe eſt. Neque enim libri iſti utriusque Scriptoris contra Latinos, quos ſub *novorum Manichæorum* nomine indicari putat Oudinus p. 233. exarati ſunt, ſed contra *Paulicianos*, quod vel tralatitia inſpectio operis evincit. Itaque Metrophanes ab odio in Photium prohiberi non potuit, quo minus in communes adverſarios, Paulicianos ſcilicet, calamum cum eo ſtringeret, præcipue cum eo tempore gangræna iſta longe lateque ſerperet, cui proinde & ſuo loco reſiſtendum putavit Metrophanes: niſi dicere

ma-

malis, æmulandi ſtudio eum ad hanc operam ſuſcipiendam adductum eſſe. Habeo & de *Petro Siculo*, quod moneam. Vitam ejus ex Synaxario Græco Latine dedit *Jo. Bollandus* in Actis Sanctorum Tomo II. Februar. pag. 610. ex qua intelligitur, eum patria CPolitanum miraculis claruiſſe, invitumque ordinatum eſſe Argivorum Epiſcopum a Paulo Fratre, quem Epiſcopum Corinthi ordinaverat Nicolaus Patriarcha. Fortaſſe Vita illa eadem eſt cum iſta, quam in Bibloth. Heidelbergenſi MS. Græce exſtitiſſe tradit Poſſevinus l. c. pag. 74. ubi *Petri Argivi* Epiſcopi Vita memoratur. Ejusdem Oratio funebris in Athanaſium Methonenſem, e Græco Latine facta, legitur in Actis Sanctorum Tomo II. Januarii 31. pag. 1125. quemadmodum locus quidam ex eadem Græce affertur Tomo II. Februar. pag. 610. Photium noſtrum Cyrilli narrationem de Manichæis ex Petri Siculi citatione legiſſe perſuaſum fuit Antonio Auguſtino Toutteo, recentiſſimo & diligentiſſimo Cyrilli Hieroſoly-

ſolymitani editori in notis ad ipſum p. 101. cujus opinionis quam Vir doctus rationem habuerit, non ſatis intelligo, præcipue cum idem pag. 100. b. obſervet, Photium ſua de Manichæis ex Cyrillo liberius, quam Petrus Siculus fecit, exſcripſiſſe. Ejusdem ad Cyrillum, contra Manichæos diſputantem, notæ pasſim ad illuſtrandam Photii noſtri narrationem, quam cum Cyrillo comparare ſolet, cum fructu adhiberi poſſunt. Ita vale, Benevole Lector, & tertium Volumen ſuo tempore exſpecta.

Τοῦ Φωτίου λόγος Γ.

I. Καί μοι τὰς ἀκοὰς ἀδεκάστους, καὶ μηδὲν λῆμμα a) τοῦ πονηροῦ Φερούσας ἀναπετάσατε, καὶ συνδιασκοπεῖτέ μοι τῶν τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν ἐνυβριζόντων τοῦ φρονήματος τὸ ἀντίθεον. b) Εἰ γάρ ἐστιν αὐ-

Photii Sermo III.

I. Aperite mihi, ò mei, aures caſtas, & quæ nullum Mali dogma ferunt, mecumque conſiderate injurias in Deum ſententias eorum, qui Vetus Teſtamentam calumniantur. Quod ſi enim

a) λῆμμα] vox Dialecticis familiaris eſt, qua propoſitiones argumenti a concluſione diſtingvunt. Latini itidem per ſumtionem vertunt, præeunte *Cicerone*, lib. II. de Divinatione. *Sed demus tibi duas iſtas ſumtiones, & quæ λήμματα appellant Dialectici.* Confer *Diogenem Laertium* de Vitis Philoſophorum lib. II. §. 107. & adde *Ezechielis Spanhemii* notas ad Ariſtophanis Nubes v. 456. Apud Stoicos idem eſt λῆμμα, quod alias dicitur πρότασις. Lege *Ægid. Menagium* ad Laert. VII. 73. Ego in verſione voci ampliorem ſubjeci notionem, quam ſcilicet Scriptoris mens ſubjicere ipſi videbatur.

b) Ex limine hoc ſermonis patere videtur, eum pro concione habitum fuiſſe ad audientes, quos ſcilicet hic ad attentionem iis verbis excitat, quæ ad legentes non æque bene accommodari poſſunt. Hujus rei veſtigia & infra occurrent, quemadmodum & in fine hujus libelli diſerte mentio fit τῆς ὁμιλίας. Et parum abeſt, quin idem de ſuperiori

τῆ τοῦ πονηροῦ, πῶς ἠνέσχετο λαβεῖν τὸ βιβλίον ταύτης, ὁ τὸν πονηρὸν καθελεῖν παραγεγονώς; καὶ εἰς πολλῶν ἀναγνῶναι ἀκοὰς, δι' ὧν προεκηρύττετο τὰ περὶ ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἀναγνῶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι ταῦτα νῦν πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ὅς ἐστι περίοδος χρόνων c), ὁ δὲ χρόνος μέτρον κινήσεως αἰσθητῆς, τοῦτον ἀνακηρύξαι δεκτὸν Κυρίῳ; Πῶς δὲ πάλιν ἐν τῇ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου παραβολῇ ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης Μωσέα καὶ τοὺς Προφήτας τῆς σωτηρίου ἐπιστροφῆς

illud a Malo eſt, quomodo illius Codicem is, qui ad deſtruendum Malum venit, recipere ſuſtinuit, & multis audientibus legere ea, quæ de ſe prænunciata erant, neque legere ſolum, ſed & teſtari, ac dicere: *hæc nunc impleta ſunt in auribus veſtris*, (*Luc.* IV, 21.) ac præterea *annum* illum, (qui eſt periodus temporum, ſicut tempus eſt menſura motus ſenſibilis) *ut acceptum Deo prædicare.* (*Luc.* IV, 19.) Quomodo vero etiam in parabola de Lazaro & divite optimus & hominum amantisſimus Dominus noſter

καὶ

libello aſſeram, cujus extrema verba, quæ etiam continuationem hujus commentationis ſperare jubent, concionis ſacræ habitum ſatis luculente ſiſtunt.

c) περίοδος χρόνων] plenius & diſertius annum definit *Pollux* l. 54. Ἐνιαυτὸς, ἔτος, δωδεκάμηνος χρόνος ἡλίου περίοδος, περιελθόντος ἐξ ὡρῶν εἰς ὥρας τοῦ θεοῦ κύκλον τοῦ ἀστέρος περιδραμόντος.

καὶ μεταμελείας διδασκάλους ἀποκαλεῖ; Ἔχουσι γάρ, φησι, Μωσέα καὶ τοὺς Προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Ἆρα γὰρ ὁ ἐπὶ κοινῇ τοῦ γένους d) σωτηρίᾳ τὴν ἡμῶν φύσιν ἀναλαβὼν τοὺς μυσταγωγουμένους παρ' αὐτοῦ, καὶ τῆς πλάνης ἀπαλλαττομένους, εἰς τοὺς θεράποντας καὶ ὑπηρέτας ἀνέπεμπε τοῦ ἐχθροῦ, καὶ τότε σωτηρίας τυχεῖν; καὶ τίς ἂν ἀνάσχοιτο πλάσμα θεοῦ ὑπάρχων ἀληθῶς τῆς τοσαύτης ἀπονοίας τὴν ὑπερβολήν; πάλιν δέ, εἰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης νομοθέτης ὁ πονηρός, πῶς λέγει τῆς ἀγαθότητος ἡ πηγή· Ἐρευνᾶτε e) τὰς γραφάς,

Moſen & Prophetas ſalutaris converſionis & pœnitentiæ magiſtros appellat? *Habent enim*, inqviens, *Moſen & Prophetas : audiant illos.* (*Luc.* XVI, 29.) Numquid enim is, qui in communem hominum d) ſalutem noſtram naturam ſuſcepit, doctrinæ ſuæ initiatos, & ab errore liberatos, ad ſervos & miniſtros Hoſtis amandarit, ut ſalutis fiant compotes? Quis creatura Dei exiſtens, vere & ſerio hunc tantæ inſaniæ gradum admittat? Porro ſi Veteris Inſtrumenti auctor Malus eſt, quomodo veritatis fons præcipit:

d) γένους] *hominum* : ita vertendum eſſe ſupra probavi in notis ad lib. II. Photii p. 139.

e) ἐρευνᾶτε] imperandi itaque notione accepit verbum hoc Photius, quemadmodum & veterum Eccleſiæ Græcæ Doctorum plerique omnes, quorum loca cumulate attulit *Jo. Caſpar. Suicerus* in Theſauro Eccleſiaſtico Tom. I. p. 1210. Ex recentioribus *Eraſmus Schmidius* in Animadverſionibus ad N. T. ſuper hunc locum indicandi notionem præferendam ſtudioſe contendit, paucos nactus ap-

ὅτι ἐν αὐταῖς εὑρήσετε ζωὴν αἰώνιον; Ποῦ γὰρ ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἐν οἷς τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας πολιτεύεται; ποῦ ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἐν αἷς ὁ ἀνθρωποκτόνος νομοθετεῖ, καὶ παρακελεύεται; τοῦτο γὰρ ἡ θεομάχος γλῶσσα θρασύνεται. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, εἰ ἡ παλαιὰ τοῦ πονηροῦ, πῶς ἀλήθεια λέγει, εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοὶ, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν· οὐκ εἶπεν, εἰ ἔντισιν ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἀλλ᾽ ἁπλῶς αὐτοῦ τὸ ἀξιόπιστον ἀνεκήρυξε. Πῶς δὲ πάλιν πρὸς τοὺς κεχηνότας περὶ τὴν διάλυσιν τῶν γάμων καὶ τὸν Μωσῆν εἰς συνηγορίαν τοῦ πάθους προβαλλομένους λαμπρῶς ὑπερμαχῶν τοῦ νομοθέτου φησὶν· ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολύ-

Scrutamini Scripturas, quia in illis invenietis vitam æternam? (*Joh.* V, 39.) Ubi enim eſt vita æterna, in quibus aculeus peccati dominatur? ubi vita æterna, in quibus homicida leges fert, & præcipit? Talia ſcilicet lingva Deo inimica proferre audet. Si præterea Vetus Teſtamentum a Malo eſt, quomodo veritas ipſa ait: ſi crederetis Moſi, crederetis & mihi: de me enim is ſcripſit. (*Joh.* V, 46.) Non ſane ait: ſi in nonnullis crederetis Moſi, ſed ſimpliciter ipſum ut fide dignum renunciat. Quomodo vero iterum adverſus eos, qui circa diſſolutionem conjugii ſuſpenſos ſe gerebant, atque in patrocinium perturbationis ſuæ ad Moſen pro-

σαι

probatous. Vide quæ olim in hanc rem ſcripſi ad Caſauboniana p. 297. Sed de hoc loco alias.

σαι τὰς γυναῖκας. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτως. Καὶ πόθεν τὴν ἀπόδειξιν προάγει; ὁ γὰρ ποιήσας αὐτοὺς, φησιν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, ὥστε ἅπερ ἐνομοθέτει ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τῆς συζυγίας, ἐκ τοῦ θεμένου ἐν τοῖς αὐτοῦ πλάσμασι καὶ ποιήμασι τοὺς φύσει νόμους προελθεῖν ἐδήλου καὶ τὸν Μωσῆν οὐ καταφρονητὴν τῶν διὰ τῆς πλάσεως δεδομένων νόμων, ἀλλ' ἐκ περιστάσεως τὸ ἐκείνων ἠρεμεῖν ὑπενδιδόντα δικαίωμα f). Τῷ γὰρ νόμῳ τῆς ἀπ' ἀρχῆς διαπλάσεώς, φησιν, ὁ ἐμὸς συμφθέγγεται νόμος. Τὸ δὲ διέσιον τῆς συζογίας

vocabant, ſuſcepta ſtrenue Legiſlatoris cauſa ait: *Moſes ob duritiem cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores, (Matth. XIX, 8.) Ab initio vero non erat ita.* Unde autem id probat? *Qui enim fecit eos*, inquit, *marem & fœminam fecit.* Itaque ea, quæ Servator in Evangeliis de conjugio ſanxit, ab illo ait proficiſci, qui creaturis ſuis & operibus leges fixerit, & Moſen teſtatur non contempſiſſe leges in creatione latas, ſed ex certis circumſtantiis de poſtulatis ejus aliquid remiſiſſe. Legi enim creationis ab

f) δικαίωμα] *poſtulata:* ita vocem iſtam h. l. reddendum cenſui, quæ alioquin in Novo Fœdere & Scriptoribus Eccleſiaſticis πολύσημος eſt. Vide eam in rem *Jac. Capellum* in Obſervationibus Sacris p. 190. *Jac. Altingium* Tom. V. Opp. p. 363. & *Jac. Gußetum* in Commentario ſuo Linguæ Hebr. p. 882. Δικαιώματα πολέμου de *legibus* ſeu *juribus belli* profani Scriptores dicunt; vide Valeſium ad notas Mauſſaci p. 273.

γίας, συγκαταβάσεώς ἐςι καὶ οἰκονομίας g) Μωσαϊκῆς. Πρὸς γὰρ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, φησιν, ἔγραψε Μωσῆς. Τῆς δὲ συναφείας τὸ ἀδιάλυτον, ὅπερ ἐγὼ νομοθετῶ καὶ ὁ πλάσας ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαφόρου διαπλάσεως, τὰ αὐτά μοι τοῖς ἔργοις προεῖπε καὶ προδιωρίσατο. Διὸ ἐπάγει: ἐν τούτῳ καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· Ἵνα δὲ σαφέςερον μάθῃς. τίς ὁ διαπλάσας οὕτω τὰ σώματα, αὐτὸς εἰσάγων τὸν

initio factæ mea, inquit, Lex concordat, ſolutio vero conjugii a diſpenſatione & diſpoſitione Moſis pendet. Ob duritiem enim cordis veſtri, inquit, ſcripſit iſta Moſes. Indiſſolubilem vero conjugii nexum, quem ego præcipio, & is, qui hominem ab initio condidit, per diverſam quod ad corpus creationem opere ipſo idem mecum ante edixit, & conſtituit. Ideo addit: *in hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit propriæ uxori, eruntque duo illi in carnem unam.* Ut

ζεύ-

g) οἰκονομίας] vocis hujus ſignificatus egregie, ut ſolet, evolvit *Thomas Gatakerus* in notis ad Marcum Antoninum lib. XI. §. 15, Vide & *Jo. Caſp. Suiceri* Theſaurum Eccleſiaſt. ſuo loco, & Obſervationes Sacras pag. 25. ſq. *Dionyſ. Petavium* in Dogmatibus Theologicis de Incarnatione II. 1. & de Trinitate p. 112. nec non *Iſaacum Caſaubonum* ad epiſt. Gregor. Nyſſeni p. 90. ſq. noviſſime autem *Georg. Hickeſium* in præfatione ad *Jo. Erneſti Grabii* ſcriptum poſthumum Some inſtances of the defauts and omiſſions in Mr. Whiſtons Collection of teſtimonies p. 53. ſq.

ζεύξαντα συνεισάγει καὶ τὸν πλάστην. Φησὶ γάρ· ὃ οὖν ὁ Θεὸς ἔζευξεν ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Μαρτυρῶν ὁ σωτὴρ, ὅτι καὶ ἡ κατὰ σχῆμα διαφορὰ τοῦ πλάσματος h) ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς, Θεοῦ τε τοῦ ἐπὶ πάντων ἐστὶ δημιούργημα, καὶ ὅτι συντηρεῖν ὀφείλει τὸ ἀδιάλυτον εἰς συνάφειαν. Καὶ ὅτι ἡ Μωσαϊκὴ εἰσήγησις τὴν σκληροκαρδίαν τῶν νομοθετουμένων περίστασιν εἶχε καθέλκουσαν εἰς ἐλάττωσιν τοῦ κατὰ τὴν πλάσιν σεσιγημένου νόμου τὸ ἀξίωμα.

vero rectius intelligas, quis ſit, qui ita formarit corpora, ipſe & eum qui conjunxit, & qui condidit, eadem opera appellat. Ait enim: *quod itaque Deus conjunxit, homo ne ſeparet.* Teſtatur Servator, quod diverſitas formæ viri & feminæ a Deo, qui ſuper omnia eſt, profecta ſit, quodque conjunctionem illam indiſſolubilem conſervare oporteat, Moſaica vero doctrina ad duritiem cordis eorum, qui Legi obnoxii erant, tanquam ad circumſtantiam ſeu conditionem reſpexerit, quæ de ampliſſimo Legis, in creatione ſilentio præteritæ, poſtulato aliquid detràheret.

II. Ἑτέρῳ δὲ λόγῳ εἰ πονηρᾶς ἦν ἀρχῆς ἡ πα-

II. Ut vero ad alia tranſeamus, ſi Mali

h) *διαφορὰ τοῦ πλάσματος*] hæc igitur ſexus diverſitas inſtar ſymbolici præcepti fuiſſe videtur Photio, ex quo veteres indiſſolubilem conjugii nexum, quem Chriſtus diſerte urſit, tanquam creatoris inſtitutis conformem, diſcere potuerint.

λαιὰ, πῶς ὁ τὴν χάριν συνάπλων τῷ νόμῳ Χριςὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν λέγει· πολλοὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ βλέπετε, καὶ ȣ̓κ εἶδον. (*Matth.* XIII. 17.) Πῶς γὰρ ἠθέλησαν ἰδεῖν οἱ τȣ̃ πονηρȣ̃ τὰ τȣ̃ ἀγαθȣ̃; ἡ γὰρ ἐπιθυμία τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ὁρμῆς ἀγαθῆς βλάςημά ἐςι. Καὶ πάλιν πῶς λέγει· Ἀβραὰμ εἶδε τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἠγαλλιάσατο; Πȣ̃ γὰρ ἀκόλȣθον· πȣ̃ δὲ δυνατὸν, τὸν τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἄνθρωπον εἰς τοσȣ̃τον ὕψος ἀναχθῆναι θεωρίας καὶ δυνάμεως, ὥςε ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιδημίας i) τȣ̃ ἀγαθȣ̃ Θεȣ̃, καὶ ἀγαλλιάσασθαι; μάλιςά γε τȣ̃ θεσπεσίȣ Παύ

Principii Vetus Teſtamentum fuit, quomodo, qui gratiam cum Lege conjunxit, Chriſtus, Servator noſter, ait: *multi juſti deſiderarunt videre, quæ videtis, ſed non viderunt.* Quomodo enim progenies Mali voluit videre, quæ ſunt Boni? Cupiditas enim Boni ab impetu bono proficiſcitur. Quomodo idem alibi dicit? *Abraham vidit diem meum, & exſultavit* (*Joh.* VIII, 56.) Qui enim conſequi, & qui fieri poteſt, ut homo Veteris Teſtamenti ad eam viſionis dignitatem perveniat, ut diem nativitatis Boni Dei conſpiciat & lætetur? Præ-

λȣ

i) ἐπιδημίας] ea voce Scriptores Eccleſiaſtici utuntur ad Chriſti, Domini noſtri, adventum in carnem ſignificandum. Vide loca ejusmodi apud Svicerum in Theſauro Eccleſ. ſuo loco. Videntur autem illi eam mutuam ſumſiſſe a profanis Gentilium Scriptoribus, qui adventum Deorum ſuorum, quem in urbes, ipſis acceptas, fieri conſveviſſe credebant, eadem exprimebant voce. Vide *Henr. Valeſii* notas ad Euſebii Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 185. b.

λου διαμαρτυραμένου καὶ λέγοντος, k) ὅτι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ ἡ παρουσία τοῦ Σωτῆρος ἔλαθε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ κόσμου, καὶ τὸν κοσμοκράτορα. Εἰ οὖν καὶ αὐτὸν τὸν κοσμοκράτορα τὸ μυστήριον ἔλαθε, πόθεν αὐτοῦ οἱ θεράποντες τοῦτο προεῖπον καὶ προεθεάσαντο; Σὺ δέ μοι καὶ τὸ περιφανέστερον εἰς τὴν ἀσέβειαν ἔλεγχον ἄκουε. Ἡνίκα γὰρ τὸ Σαδδουκαίων ἄπιστόν τε καὶ περίεργον ἑπτὰ μὲν ἔπλαττεν ἀδελφοὺς, μίαν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν παρὰ μέρος ἥρμοζον αὐτοῖς γυναῖκα, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀναιρεῖν τῷ πλάσματι διεμηχανῶντο; ὁ Σωτὴρ διαπυνθανομένοις αὐτοῖς τὸ διὰ τοῦ

cipue cum divinus Paulus teſtetur & dicat, quod myſterium Chriſti & adventus Servatoris poteſtates & principatus mundi, ipſumque mundi dominum latuerit. Quod ſi igitur & ipſum mundi Dominum myſterium illud latuit, unde ſervi ejus id viderunt ante & perſpexerunt? Tu vero audi & aliam eamque luculentiorem impietatis confutationem. Quando enim incredula & male ſedula Sadducæorum factio ſeptem finxit fratres, eorumque ſingulis ſucceſſu temporis unam eandemque uxorem tribuit, atque hoc fi-

k) λέγοντος] alludere videtur ad locum Pauli in ep. ad Epheſ. III, 9. 10. & his ſimiles Rom. XVI, 25. 2. Tim. I, 9. 10. ubi tamen diſerte mali Dæmonis, hoc myſterium ignorantis, non ſit mentio, quamvis ratione ſenſus ſubintelligi poſſit.

πλάσματος, ὡς ἐνόμιζον, ἄπορον, καὶ τίνος ἔσται τῶν ἑπτὰ γυνὴ, ἀπαιτοῦσιν, πρῶτον μὲν ἐπετίμησεν αὐτοῖς τῆς πλάνης ὡς τὰς γραφὰς οὐκ εἰδόσι· καίτοι τίς ἐπιτίμησις τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ τοῦ πονηροῦ; ὃ δὲ προσέθεσεν ἐκ τῆς ἀγνοίας τῶν γραφῶν, ἕτερον αὐτοῖς ὀνειδισμὸν χαλεπώτερον, μηδὲ τὴν δύναμιν αὐτοὺς εἰδέναι τοῦ Θεοῦ. Εἶτα τρανώτερον τὸ τῆς ἀναστάσεως ἀναπτύσσων μυστήριον· ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, φησὶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσιν. Ἔτι δὲ σφοδρότερόν τι καὶ ἰσχυρότερον διελέγχων τὴν ἄνοιαν, καὶ ἅμα μὲν τῆς χάριτος καὶ τοῦ νόμου τὴν σύμφωνον m) ἀλληλουχίαν τρανολογῶν, ἅμα δὲ καὶ πληγὴν n) αὐτοῖς

gmento ſuo corporum reſurrectionem avertere conata eſt, Servator illis inſolubile, quod in commento ſuo eſſe opinabantur, opponentibus, quærentibusque, cujusnam ex ſeptem iſtis futura ſit uxor, primum quidem exprobravit tanquam Scripturas ignorantibus. (*Matth.* XXII, 29.) At quomodo animadverſio in eos cadit, qui ignorant, quæ Mali ſunt? At ille ex ignoratione Scripturarum aliud idque gravius ipſis impingit probrum, quod ſcilicet nec potentiam Dei norint. Hinc myſterium reſurrectionis clarius expoſiturus *in reſurrectione enim*, inquit, *neque uxo-*

διὰ

m) τὴν σύμφωνον] ita lego pro συμφωνίαν, quod erat in MS. Atque id quidem locum tueri poterat, ſi particulam καὶ inter utramque vocem excidiſſe ſtatuas. Sed placet prius.

n) πληγὴν] καθιέναι πληγὴν æque recte dicitur, quam

διὰ τῆς μωσαϊκῆς νομοθεσίας καθιεὶς, καὶ δι' ἐκείνων τοῖς νῦν ἀποστάταις, οὐκ ἀνέγνωτέ, φησι, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ· Ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακὼβ δεικνύς τι ἐναργῶς διὰ τούτων, ὅτι Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῆς αἰωνίου ζωῆς κληρονόμοι, καὶ ὅτι θεὸς αἰώνιος, καὶ τῆς ἀναστάσεως εἰσηγητὴς, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύσεως δοτὴρ ὁ τούτων θεός· συνάπτει δὲ καὶ κατὰ συνέχειαν· οὐκ ἔστιν οὖν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Καὶ ταῦτα εἴπεν, ἵνα πᾶσαν τῶν δυσσεβῶν περικόψῃ πρόφασιν· οὐ δὲ, ἔνθα γέγραπται, παραλέλοιπεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἱεροῦ ἀνακράζει Μάρκου· ὡς ἐν τῇ βίβλῳ Μω-

res ducunt, neque elocantur, ſed ut Angeli Dei in cælo ſunt. Imo imprudentiam hanc adhuc fortius efficaciusque caſtigaturus, & partim gratiæ ac Legis concordem harmoniam expoſiturus iisdem vero, ac eadem opera recentibus adverſariis plagas ex Lege Moſaica inflicturus: nonne legiſtis, inquit, quod a Deo dictum eſt: Ego ſum Deus Abrahami, & Deus Iſaaci & Deus Jacobi. Quo ipſo diſerte oſtendit, quod Abraham & Iſaac & Jacob æternæ vitæ hæredes ſint, & quod Deus æternus, ac reſurrectionis auctor, &, qui hinc pendet, fructus largitor illorum ſit Deus. Adjungit vero ςε-

καταφέρειν πληγὴν, qua phraſi uſus eſt Plutarchus lib. II. de Fortuna Alexandri, obſervante Henrico Stephano in Theſauro Græcæ Linguæ, quemadmodum etiam καθιέναι λόχον pro *ſubmittere inſidias* dixerunt alii.

σέως ὁ Θεὸς ταῦτα εἴρηκε πρὸς αὐτόν· Εἰ οὖν ὁ Θεὸς Θεὸς μὲν νεκρῶν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ζῇ μὲν παρ' αὐτῷ Ἀβραὰμ, ζῇ δὲ Ἰσαὰκ, ζῇ δὲ Ἰακώβ, καὶ πάντες ὅσοι τὴν αὐτῶν ἐζήλωσαν πολιτείαν, καί εἰσιν ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ, πῶς πονηρᾶς ἀρχῆς, ὡς ἡ πονηρία φησὶν, οἱ κατὰ τὴν παλαιὰν βεβιωκότες πολιτείαν;

in ſequentibus hæc: *non itaque Deus mortuorum Deus eſt, ſed viventium.* Atque hæc monuit, ut omnem impiorum hominum prætextum eluderet. Neque etiam omiſit commemorare, ubi iſta ſcripta exſtent, ſed per Sanctum Marcum exclamat, in libro Moſis Deum hæc ad ipſum dixiſſe. (*Marc.* XII. 26.) Quod ſi igitur Deus Deus mortuorum non eſt, ſed potius apud eum vivit Abraham, vivit Iſaac, vivit Jacob, omneſque, qui eandem vivendi rationem ſectati ſunt, ſimileſque ſunt Angelis Dei in cœlo, quomodo a Malo Principio, ceu impii iſti nugantur, orti dicentur illi, qui ad Veteris Teſtamenti præſcripta ſe compoſuerunt?

III. Ἔτι δὲ μᾶλλον διελέγχοιτο ἂν τῆς ἀποστασίας τὸ φρόνημα, ἐπειδὰν τοὺς βουλομένους τυχεῖν τῆς εἰσόδου τῶν οὐρανῶν παρακελευόμενος ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς στενῆς πύλης ἀγωνίζεσθαι εἰσελθεῖν, τοὺς μὲν ἐρραθυ-

III. Adhuc vero magis refelli poteſt Apoſtatarum ſententia, quandoquidem Servator eos, qui cœlum ingredi cupiant, ad ſtudium per anguſtam portam introeundi exhortatus, viciſſim ne-

μη-

μηκότας περὶ τὴν ἐντολὴν, ὡς τῆς ἀκηδίας o) ἐργάτας, ἔνθα ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων ἀποπέμπει. Εἰσάγει δὲ, πανταχόθεν συνάγων τοὺς σπουδάσαντας περὶ τὴν ἐντολὴν, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ τούτους ἀνακλίνων ἐν αὐτῇ, (Ἐπίστησον, ἄνθρωπε τὸν νοῦν!) τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς προφήτας προανακλίνει. Λέγει γάρ· κἂν μὴ βούληθε ἀκούειν· ὅταν ὄψησθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω; Καὶ τίνες οἱ ἐκβαλλόμενοι ἔξω, ἢ δηλονότι ὅσοι κατὰ μίμησιν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ

gligentes hujus mandati, tanquam operarios incuriæ illuc ablegat, ubi ſit fletus & ſtridor dentium. Cumque undiquaque colligeret, qui ſe ſtudioſos præcepti in regno ſuo præſtiterint, iisque locum in eo aſſignaret, (adverte o homo, mentem!) Abrahamo, & Iſaaco & Jacobo primum vindicat. Ait enim: ſi audire nolitis, (quid fiet?) ubi videritis, & Abrahamum, & Iſaacum & Jacobum, & omnes Prophetas in regno Dei, vos vero foras ejectos? Qui vero ſunt ejecti illi, niſi iſti, qui ad exemplum Abrahami & Iſaaci & Jacobi vitam non compoſuerunt? Quod

o) *ἀκηδίας*] Videri poterat legendum *ἀδικίας*. Hæc enim Chriſti phraſis eſt Lucæ XIII. 27. Ac præterea ex veterum ratione pronunciandi η per ι fieri facile poterat, ut *ἀκηδίας* pro *ἀδικίας* a librario ſcriberetur. Sed tuendam tamen Codicis lectionem exiſtimo, quia de negligentibus & incurioſis hominibus hic ſermo eſt.

καὶ τῶν Προφητῶν οὐκ ἐπολιτεύσαντο; Εἰ δὲ ὅσοι τὸν βίον αὐτῶν καὶ τὴν εὐσέβειαν οὐκ ἐζήλωσαν τῆς βασιλείας ἐκβάλλονται τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὸν κλαυθμὸν καὶ βρυγμὸν τῶν ὀδόντων ἀποῤῥίπτονται, τίς ἂν ἀντάξιος εὑρεθείη τιμωρία τοῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἐξοιστρήσασι μανίας; Ω στομάτων ἀπυλώτων καὶ τῷ πατρὶ τοῦ ψεύδους ἑτοίμως ὑπηρετουμένων, ὡς καὶ λῃστὰς καὶ κλέπτας καὶ τοῦ πονηροῦ πλάσματα, καὶ ὑπηρέτας τολμᾶν ἐνυβρίζειν. εἰ δὲ μηδὲ μέχρι τούτου τὴν λύσσαν ἱστῶντες, ἀλλὰ καὶ τὸν χαριζόμενον ἡμῖν τὴν αἰώνιον ζωὴν, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅς ἐστι Θεὸς Αβραὰμ καὶ Ισαὰκ καὶ Ιακὼβ, Θεὸς ζώντων καὶ οὐ νεκρῶν, πονηρὰν ἀρχὴν καὶ πονηρῶν ἔργων δημιουργὸν δυσφημοῦντες, τὰ ὡς ἀληθῶς τοῦ πονηροῦ πλάσματα, ἆρ' οὐχὶ

ſi vero è regno Dei expellendi ſunt, & ad fletum atque ſtridorem dentium amandandi, qui vitam pietatemque eorum imitatione non expreſſerunt, quæ tandem pœna ſtatuenda eſt digna illis, qui eo inſaniæ proceſſerunt? O effrenata hominum ora, Patri mendacii adeo inſervientium, ut & latrones & fures, & Mali progeniem ac ſervos eos appellare audeant! Nonne vero illi, qui ne hic quidem furori ſuo obicem ponunt, ſed & eum, qui vitam æternam regnumque cœleſte nobis largitur, qui idem eſt Deus Abrahami & Iſaaci & Jacobi, Deus viventium non autem mortuorum, tanquam Malum Principium & malorum operum opificem calumniantur, nonne, inquam, illi,

τὴν

τὴν διὰ πυρὸς καὶ τοῦ σκότους ἡτοιμασμένην τῷ διαβόλῳ ποινὴν διαπαντὸς εἰσπραττόμενοι οὐκ ἐλάττονα τῆς τόλμης τίσουσι δίκην; οὐδὲ τὸ χάσμα δὲ τὸ μεταξὺ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου πεφρίκασιν; ὃ ἀτειχίζει μὲν τοὺς μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ εὐφραινομένους, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς βασάνοις κολαζομένων. Ἀλλ' οἴμοι κἂν μὴ p) νῦν τὴν αἴσθησιν τῆς τιμωρίας οὐκ ἔχοντες τὴν ἀπειλὴν τοῦ σωτῆρος οὐ τεθήπασι, τότε δὴ τότε πεῖρα τὸ πικρὸν τῆς βασάνου μαθόντες, κἂν οὐδὲν κέρδος εὑρήσουσιν, πολλὴν καὶ μακρὰν καὶ ἀτελεύτητον ἑαυτῶν ποιήσονται τὴν κατάγνωσιν. Μάλιστα γὰρ ἐπειδὰν τὸν Ἀβραὰμ κατὰ τὴν τοῦ πλουσίου παραβολὴν εἰς ἐπικουρίαν καλοῦντες, ὃν ἐχλεύαζον, ἐλεοῦντα οὐχ εὑ-

utpote Mali vere progenies, ſupplicium, per ignem & tenebras Diabolo paratum, perpetuo provocantes, dignã facinore audaciſſimo pœnam luent? Et ne ſic quidem hiatum, qui inter divitem & Lazarum interjectus eſt, quique animas, cum Abrahamo convivantes, ab illis ſeparat, qui æternis cruciatibus adfliguntur, expaveſcunt? Vah, quam miſere homines, qui nullum pœnæ ſenſum nunc habentes ab ipſis Servatoris minis ſibi non timent, eo, eo, inquam, tempore acerbitatem dolorum experiundo edocti, nullumque operæ ſuæ lucrum capientes, contra ſe ipſos duram longam & non revocandam ſententiam ferent! Idque inprimis tunc, ubi ſecundum pa-

ρήσου-

p) μὴ] ita MS. malim legere μὲν.

ρήσουσιν q) Εἰ γὰρ ὁ εἰς τὸν Λάζαρον παροινήσας τῶν Ἀβραμιαίων κόλπων φοβερῷ χάσματι ἀπερραΐζεται, καὶ τῷ ἀκοιμήτῳ πυρὶ τὴν δίκην τῆς ἀφιλανθρώπου γνώμης ἀπαιτεῖται· καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης εὐφροσύνης καὶ ἀναπαύσεως γλίχεται μὲν, ἀπείργεται δὲ, καὶ φλέγεται μὲν τὴν γλῶσσαν, ὀδυνᾶται δὲ πικρὰς ὀδύνας· καὶ τότε τῆς παροινίας οὔσης, ὅτι μὴ μετέδωκε τῷ ὁμοφυεῖ συμπαθείας, ἀλλ᾽ οὐχ ὅτι χλεύην ἐπήνεγκεν, ἢ δυσφημῶν ὤφθη· πῶς οὐκ ἂν πολλαπλασίως καταφλεχθείη καὶ τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ τὰ σπλάγχνα πάντα, τῶν τοιαύτην καταχεόντων παροινίαν τοῦ Ἀβραάμ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην καὶ δημιουργὸν τὴν θεομαχίαν παραπεμπόντων. Σὺ δέ μοι συνέπου τοῖς ἐφε-

rabolam de divite prolatam Abrahamum in auxilium vocantes, eum, quem antea ludibrio habuerunt, nulla ſui miſeratione tactum invenient. Si enim homo in Lazarum injurius ab Abrahami ſinu per tremendum hiatum excluditur, & igne nunquam finiendo inhumanitatis ſuæ pœnam luit, ac æternæ illius beatitatis & quietis deſiderio capitur quidem, ſed non potitur; linguaque inſuper uritur, & acerbiſſimos ſentit dolores, ob eam tantum inſolentiam, quod non miſertus eſt hominis ſibi ſimilis, non autem, quod ludibrio aut conviciis affecit, quomodo non longe gravius illorum os & lingua & viſcera omnia urentur, qui in Abrahamum ſe tam in-

ξῆς

q) εὑρήσουσιν] ſic lego pro εὑρίσουσιν quod erat in MS.

ζῆς καὶ συνεπισκόπει.

ſolentes præſtiterint, & per ejus latus communem Dominum & conditorem inſtar hoſtium oppugnarint ? Tu vero & reliqua mecum conſidera ac perpende.

IV. Ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὸ μεγάλαυχον τῶν Ἰουδαίων καὶ μιαιφόνον καὶ ἄπιστον στηλιτεύων, καὶ ἀναξίους κρίνων γονῆς τῆς Ἀβραμιαίας, κἂν ἐκεῖθεν αὐτοῖς κατῄει τὸ φῦναι, εἰ τέκνα ἦτέ φησι τοῦ Ἀβραὰμ, ἐποιεῖτε ἂν τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ ὁ θρίαμβος οὐ μέχρι τούτων, ἀλλὰ καὶ σφοδρότερον αὐτῶν καθαπτόμενος ἐπάγει, λέγων· οὐκ ἐστε τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ τοῦ διαβόλου ἐστέ. Πολὺ γὰρ ἡ γνώμη κραταιὸν, r) ἐκείνου τὴν κλῆσιν κατὰ τὸ γένος ὑπελθεῖν, οὗ τὸ γνήσιον ἐν τῇ μιμήσει φέρει τῆς ζωῆς. Εἰ δ' ἦν ἡ παλαιὰ κατὰ τὰς ἀθέτους φωνὰς τοῦ πονη-

IV. Servator arrogantiam, homicidia & incredulitatem Judæorum in Evangeliis caſtigans, eosque ſtirpe Abrahami, quamvis hinc orti eſſent, indignos judicans: *ſi filii*, inquit, *Abrahami eſſetis, Abrahami opera faceretis.* (*Joh.* VIII, 39.) Tunc nec hic ſubſiſtens, ſed ulterius progrediens in trriumphante de iis confutatione, ſubjungit: *non eſtis filii Abrahæ, ſed Diaboli.* Ita enim ratio ſtatuere jubet, illius quenquam & nomen & genus referre, cujus mores & genium in vita imitando exprimit. Quod ſi vero

r) κραταιὸν] malim legere κραταιοῖ, quia alioquin hiulca videtur oratio.

ρου, ταύτης δὲ ὁ Ἀβραὰμ, ἴσον ἦν εἰπεῖν, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τέκνα τοῦ Διαβόλου· δι' ἑκατέρου γὰρ ἃ μισεῖ μὲν ὁ Θεὸς, στέργει δὲ ὁ ἐχθρὸς, ἐλέγχονται τιμῶντες ὁμοίως οἱ Ἰουδαῖοι. Πῶς δὲ καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν ὁ σωτὴρ τοῖς περὶ Ἀβραὰμ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰς κλῆρον ἀφορίζει, καὶ συντάττει τούτοις τοὺς ὁλοψύχῳ γνώμῃ τῶν τε προσαγμάτων φύλακας ἀπροφασίστους δεδειγμένους καὶ καθαροὺς αὐτῷ τὴν λατρείαν προσενέγκοντας, καὶ ὥσπέρ τι μέγα καὶ θαυμάσιον ἔπαθλον διδοὺς, τὴν μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἐπαγγέλλεται συναυλίαν; Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ἆρα γὰρ τοῦτο ἔπαθλον τοῖς ἐπε-

Vetus Teſtamentũ Mali, ceu inepte tradunt, Principii eſſet, & Abraham ad illud pertineret, dicendum fuiſſet: filii eſtis Abrahami & filii Diaboli. Ex utroque enim, quod ut Deus odio, ita amore hoſtis proſequitur, Judæi utrumque colentes reprehendi poterant. Quomodo vero alibi iterum Servator illis, qui Abrahami ſint, regnum cœlorum hereditatis inſtar adjudicat, illiſque jungit eos, qui ſe ex toto corde & ſine exceptione præceptorum ſtudioſos præſtiterint, purumque cultum exhibuerint, adeo ut convictum cum illis in regno cœlorum tanquam præclarum aliquod & mirandum præmium polliceatur? *Dico enim vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum*

γνων

γνωκόσιν αὐτόν; ἆρα τοῦτο δῶρον τοῖς, ὅσοι τὰς σφαγὰς ὑπέσχον ὑπὲρ αὐτοῦ; τοῦτο φιλοτιμία; τοῦτο ἔπαθλον; τὸ μετὰ τῶν θεραπευόντων τοῦ πονηροῦ καὶ συνεῖναι καὶ συναριθμεῖσθαι καὶ συναγελάζεσθαι; καὶ ποῖα ἂν ταῦτα ἀνέξεται ἀκοὴ ῥημάτων ὅλως ἔχουσα ἀκοὴν θείων.

Abrahamo & Iſaaco & Jacobo in regno cœlorum. (*Matth.* VIII, 11.) Hoccine vero ſit præmium eorum, qui ipſum agnoverunt? hoccine donum pro illis, qui cædes pro eo ſuſtinuerunt? hæccine prærogativa? hæccine merces? quod cum miniſtris Mali & eſſe, & numerari & verſari poſſint? Quomodo hæc & alia hujusmodi tulerint aures divinis ſermonibus adſvetæ?

V. Καὶ εἰ ἡ παλαιὰ τοῦ διαβόλου ἦν, πῶς ὁ Ματθαῖος καὶ Λουκᾶς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀναπτύσσοντες γενεαλογίαν, προγόνους αὐτοῦ καὶ πατέρας τοὺς, οὓς ἡ παλαιὰ κλέος εἶχεν, ἀναγράφουσι; Πῶς γὰρ ὁ ἀγαθὸς θεὸς ἢ ἐν σχήματι καὶ ὑποκρίσει; Ἐστι γὰρ ἐστί τις τῆς ἀποστασίας ταύτης οὐκ ὀλίγη μοῖρα, καὶ ταύτην τὴν λύσσαν κατὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ λόγου παρουσίας

V. Si Vetus Teſtamentum a Diabolo erat, quomodo *Matthæus* & *Lucas*, Servatoris genealogiam recenſentes, inter majores ejus & Patres numerant illos, quos Vetus inter decora ſua habet? Numquid enim in Bonum Deum cadere poteſt externa ſpecies & ſimulatio? Nam non minima pars defectionis hujus & ſectæ eſt, ut

προφέρουσα. ἀλλὰ πῶς ὁ ἀγαθὸς ἢ κατὰ σχηματισμὸν καὶ ὑπόκρισιν, ἢ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ὑπάρξει τοὺς ἐν τῇ πονηρᾷ διαστρέψαντας διαθήκῃ πατέρας καὶ προγόνους ἑαυτοῦ γενέσθαι κατεδέξατο, καὶ τοιούτου σπέρματος ἐπιλαβέσθαι, οὗ πλάστην οὐκ ἠγνόει τὸν πολέμιον; Καὶ πῶς μὴ ἐξ ἄλλου ἔθνους προῆλθεν αὐτὸς, ὁ μὴ δευτέραν ἔχειν ἐνέργειαν τοῦ πονηροῦ, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου πρόεισιν, ὃ τῆς παλαιᾶς οἱ νόμοι διεμόρφουντε καὶ διετίθεντο, καὶ μετὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς πονηρὰν πλάσιν πονηροτέροις ἄλλοις ἔργοις καὶ ἔθεσιν ἐπαιδαγώγουντε καὶ διέπλαττον; καὶ εἰ μὴ ἦν ἡ παλαιὰ τοῦ θεοῦ, πῶς τοὺς ἀθετήσαντας τοὺς ἐν τῇ φύσει νόμους τοῦ πλάστου, καὶ εἰς ἀσέλγειαν μὲν ἐξοκείλαντας, τῷ θελήματι δὲ παντελῶς καταδουλωθέντας τοῦ ἐχθροῦ πυρὶ κολάζει, καὶ τὴν τῶν τε-

adverſus verbi incarnati adventum vel hoc modo inſaniat. At enim vero quomodo Deus Optimus vel quoad ſpeciem &ſimulate, vel vere &opere ipſo eos, qui in Teſtamento, quod illi ad Malum referunt, eminuerāt, majores ſuos & Patres eſſe juſſerit, atq; adeo aliquid ejusmodi aſſumſerit, cujus conditorem Hoſtem eſſe non ignorabat? Et quomodo non ex alio populo natus eſt, qui ſcilicet vim & potentiam diaboli non repetita vice expertus ſit, ſed ex illo prodiit, quem leges Veteris Teſtamenti formarunt & finxerunt, deinde vero poſt primam illam eamque malam creationem ad actiones moresque longe pejores perduxerunt & incitarunt? Si Vetus Te-

τελμη-

τολμημένων δίκην ἀπαιτεῖ· τὸν πονηρὸν γὰρ δίκην ἀπαιτεῖν τῆς αὐτὸν τερπούσης καὶ ἐξ αὐτοῦ προϊούσης πονερᾶς ἐργασίας, πῶς οὐκ ἂν εἴη ὅλως ἢ ἐννοηθῆναι οὐ μανικόν; ὁ δὲ ἀποστάτης τῶν πονηρῶν ἔργων τοὺς πονηροὺς πονηρῷ πλάσματι ἄλλῳ τῷ πυρὶ τὴν τιμωρίαν εἰσπράττεσθαι λέγει τὸν ἐχθρὸν * ἐτῶν τοῖς σαρκὸς πάθεσι κατασυρέντας κατακλυσμῷ κολάζει· * μισοπονήρου γάρ ἐστι καὶ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου, τότε κακὸν ἀναστέλλειν, καὶ τοὺς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀναιδευσαμένους τὴν ἴσην εἰσπράττεσθαι τιμωρίαν, ἀλλ᾽ οὐχὶ πονηροῦ ποθὲν οὐδὲ φιλοῦντος καὶ νομοθετοῦντος τὴν ἁμαρτίαν.

ſtamentum Deum auctorem non habet, quomodo violatores Legum Conditoris naturalium, & laſciviæ ſe permittentes, voluntatique Hoſtis penitus ſubjectos, igne punit, & impiorum auſorum pœnas luere jubet? Malum enim pœnas repoſcere impietatis, qua ipſe delectatur, & cujus ipſe auctor eſt, qui vel cogitarit omnino vel dixerit, nonne is inſanire merito credatur? *Apoſtata vero ait, Hoſtem homines malorum operum auctores per creaturam aliam malam, Ignem ſcilicet, ad pœnam vocare, eosque qui cupiditatibus carnis abrepti ſint, diluvio punire. Jam autem & boni & juſti & malis infenſi opus eſt, malum prohibere, impudentesque peccatores ad dignum rapere ſupplicium, quæ ſane malum, aut peccatum amantem, imo legibus præcipientem non decent.*

 VI.

* ἐτῶν] *lego* καὶ τοὺς.
* κολάζει] *lego* κολάζειν.

VI. Ἵνα δὲ μάθῃς ἀκριβέστερον, ὡς ὁ αὐτός ἐστιν ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος θεός, ὅτε τοῦ δικαίου ἔκδικος ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ὁ ἐν τῇ χάριτι, ξηραίνει μὲν τὴν συκῆν καρπὸν αὐτῷ μὴ προσενέγκουσαν, μυρίαις δὲ ἀπειλαῖς ὑποβάλλει τοὺς αὐτῷ μὴ πειθομένους καὶ τὸ σφοδρότερόντε καὶ ἀμίμητον τῆς κολάσεως, εἰς τὸ ἐξώτερον πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τοὺς παραβεβηκότας s) αὐτοῦ τοὺς νόμους καταδικάζει· καὶ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν προσκαίρῳ πυρὶ καὶ ὕδατι τιμωρεῖται, ἐπὶ τέλει δὲ διαιωνίζοντι καὶ ἀτελευτήτῳ. Ὁρᾷς πῶς τὸ μισοπόνηρον πανταχοῦ ὥσπερ καὶ τὸ φιλάνθρωπον γνώρισμα ἐ-

VI. Ut vero adhuc magis intelligas, quod idem Bonus & hominum amans Deus eſt, qui & in Veteri & in Novo Teſtamento juſtum tueatur, ficum exareſcere jubet, quæ fructum petenti non exhibebat, (*Matth.* XXI, 19.) infinitisque minis ſibi non audientes exponit, Legumque ſuarum transgreſſores graviori nec imitabili ſupplicio, igni ſcilicet, qui Diabolo & Angelis ejus paratus eſt, ſubjicit. Atque ita primum quidem igne & aqua temporali tandem vero æterno & nunquam finiendo punit. Viden, quod & odium malorum & humanitas ſemper argu-

ſi

s) παραβεβηκότας] hoc modo res ipſa legere jubet, pro περιβεβηκότες, quod habet MS. Supra vero ad Tomum I. p. 8. monui, τὸ παρὰ & περὶ ſæpe inter ſe permutari.

στι καὶ μαρτύριον τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ; Καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν ταῦτα πράττει, τοὺς μαθητὰς δὲ τῆς τοιαύτης πράξεως ἀναστέλλει; ἀλλὰ Πέτρος μὲν ὁ ἐν τῇ χάριτι λαμπρὸς τὸν Ἀνανίαν καὶ τὴν Σάπφειραν ψευδολογίας θάνατον ἔλαβε τὴν δίκην. t) Παῦλος δὲ ὁ θερμὸς τῆς χάριτος κήρυξ καὶ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης, τυφλὸν μὲν εὐθὺς ποιεῖ τὸν Ἐλύμαν, αὐτὸς μαθὼν, ἐξ ὧν πέπονθεν, ὅσον ἡ ποινὴ κέρδος φέρει· τὸν δὲ πεπορνευκότα Κορίνθιον παραδίδωσι τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. Ἀλέξανδρον δὲ εἰς τὴν ἐκεῖθεν παραπέμπει βάσανον καὶ κρίσιν· Καὶ εἰ ὀργὴ καὶ θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατ-

mentum & ſignum ſit bonitatis Dei? Nec ipſe ſolum ita agit, diſcipuloſque forte ab ejusmodi actionibus prohibet, ſed & illuſtris in Novo Teſtamento Petrus, Ananiam & Sapphiram morte in mendacii pœnam affecit. Paulus quoque, ſtrenuus Evangelii præco, & doctor orbis, Elymam ex veſtigio cœcum fieri jubet, (*Actor.* XIII, 8.) ipſe ſcilicet ex iis, quæ perpeſſus erat, edoctus, quantum commodum pœna afferat. Idem hominem Corinthium, ſcortationi deditum, Satanæ in perniciem carnis tradit, Alexandrum vero eidem cruciatui & judicio adjudicat (1. *Timoth.* I, 20.) Imo cum idem

t) ἔλαβε τὴν δίκην] de phraſibus διδόναι & λαμβάνειν τὴν δίκην vide *Thomam Gatakerum* in Diſſert. de Stylo N. T. & *Jo. Vorſtium* de Hebraismis N. T. Part. I. c. 7. p. 215.

ἐργαζομένου τὸ κακὸν, u) σφόδρα διαμαρτύρεται ὁ Παῦλος, ὥσπερ δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, πῶς προσωποληψία οὐκ ἔστι παρὰ τῷ Θεῷ; πῶς δὲ κατακριθέντες ἐν τῇ παλαιᾷ οὐχ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κατεκρίθησαν ἀγαθοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ τὴν χάριν νομοθετεῖ, καὶ τὸ ἀπροσωπόληπτον αὐτοῦ, οἷς ὑπέστησεν, ἐβεβαίωσε; Καὶ πόσοις ἄντις ἐπιδείξατο τὴν μισοπόνηρον δίκην ἐν τοῖς τῆς χάριτος νόμοις τὸ κράτος ἔχουσαν ἄμαχον;

Paulus teſtetur, quod ira, adflictio & anguſtia ventura ſit ſuper omnem animam hominis malum patrantis, (*Rom.* II, 9.) ſicut viciſſim gloria & honor & pax ſit hominis bonum operantis, nec perſonam Deus reſpiciat; quomodo, qui in Veteri Teſtamento damnati ſunt, non ab eodem condemnētur Deo Bono, qui & Evangelium promulgavit, &, quam nullus apud ſe ſit perſonarum delectus, factis demonſtravit? Quis vero ſuffecerit enarrandis Gratiæ ſeu Novi Teſtamenti legibus, quæ evincant, juſtitiam malis inimicam ibi perpetuo valere?

VII. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, εἰ πονηρᾶς ἦν ἀρχῆς ἡ παλαιά, πῶς ὁ μετάρσιος καὶ οὐράνιος ἄνθρωπος, Παῦλος, εὐθὺς ἀρχόμενος τῶν ἐπιστολῶν διὰ τῶν προ-

VII. Præterea vero, ſi Vetus Teſtamentum Mali eſt Principii, quomodo divinus & cœleſtis Vir Paulus, ſtatim ab initio epiſtolarum ſuarum, profitetur, Deum

φητῶν

u) Excidiſſe hic videtur vocula ὡς vel ſimilis.

φητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις τὸν Θεὸν προσεπαγγέλλεσθαι λέγει, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα; εἰ γὰρ Θεοῦ προφῆται καὶ γραφαὶ ἅγιαι, δι᾽ ὧν ὁ Θεὸς προεπηγγείλατο περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ποῦ ὁ πονηρὸς εὑρήσει τὴν ἀρχήν; καὶ εἰ τὰ ἀόρατα αὐτοῦ, τουτέστι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται; ἐν τίσιν ὁραθείη δημιουργὸς ὁ ἐχθρός; Τὰ ἀόρατα καὶ νοούμενα τοῦ Θεοῦ ἐστι· ταῦτα δὲ καθορᾶται ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς καὶ ὁρατῆς. Ει γὰρ μὴ διὰ τῆς ὁρατῆς κτίσεως τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ καθορᾶται, οὐκ ἂν μὲν διέστειλλε τὰ ἀόρατα ἐξ αὐτῆς· οὐκ ἂν δὲ διὰ ταύτης ἐδίδαξεν ἐκεῖνα καθορᾶσθαι. Πῶς οὖν ἐν τοῖς ποιήμασι τοῖς αἰσθητοῖς καθορᾶται τὰ ἀόρατα

per Prophetas ſuos in Scriptura Sacra teſtari de Filio ſuo, ex ſemine Davidis ſecundum carnem orituro? Quod ſi enim Dei ſunt Prophetæ, & Scripturæ Sacræ, per quas Deus de Filio ſuo ante nunciavit, ubi Malus principium invenerit? Et ſi inviſibilia ejus hoc eſt Dei & Patris Domini noſtri Jeſu Chriſti a creato mundo ex operibus cognita conſpiciuntur, in ex quibus tandum opifex malus cognoſcetur? Inviſibilia & mente aſſequenda Dei ſunt: hæc vero ex creatione viſui & ſenſibus ſubjecta perſpiciuntur. Niſi enim ex viſibilibus creaturis inviſibilia Dei intelligerentur, certe inviſibilia hæc ab iſtis non diſtinxiſſet, neque ex iſtis ea perſpici juſſiſſet. Quomodo autem in creaturis ſenſibilibus

τοῦ Θεοῦ, καὶ τότε ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης ἐν τοῖς ποιήμασι τοῦ πονηροῦ; τοὐναντίον γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασι τοῦ ἐχθροῦ, εἴπερ ἦν ὅλως τινά, ἡ πονηρία καὶ αἰσχρότης αὐτοῦ καθορᾶτο ἄν. ὅτι δὲ ὁ νόμος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, κἀντεῦθεν ἄντις ἐπιδείξοιτο ῥᾶον. Λέγει γὰρ ὁ Παῦλος, τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ, ὅτιπερ οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Καὶ πῶς οὐκ ἔστιν ὁ νόμος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, ὃς ἀντὶ τοῦ κολάζειν δικαίους ἀποφαίνει τοὺς ποιοῦντας αὐτόν; Καὶ εἰ ὁ παραβάτης τοῦ νόμου, κἂν περιτετμημένος ᾖ τὴν σάρκα, ὡς ἀκρόβυστος λογίζεται, καὶ ἀνάξιος κρίνεται τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ ἀκρόβυστος τὰ δικαιώματα φυλάσσων τοῦ νόμου τὴν περιτομὴν τοῦ παναγίου πνεύματος φέρει ἐν τῇ ψυχῇ, πῶς οὐχὶ ὁ

h. e. in creaturis Mali perſpiciuntur inviſibilia Dei, nempe æterna illius potentia & divinitas? Malitia ſane potius & turpitudo Mali in iis conſpicerentur, ſiquidem in univerſum tales ejus creaturæ exſiſterent. Quod vero Lex a Bono Deo ſit, etiam hinc facile demonſtraveris. Paulus enim, os Chriſti, ait, quod nō auſcultatores, ſed obſervatores Legis juſtitiam conſequentur. Quomodo Lex a Bono Deo profecta non ſit, qui pro pœna irroganda eos, qui Legem impleverunt, juſtos pronunciat? Et ſi transgreſſor Legis, etiam circumciſus carnem, pro præputiato habetur, & divina gratia indignus, præputiatus vero, ſi Legis juſſa ſectetur, circumciſionem Sanctiſſimi Spiritus in anima cir-

νό-

νόμος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ; εἰ δὲ, καθὰ διακέκραγεν ὁ Παῦλος, Χριστὸς Ἰησοῦς διάκονος γέγονε περιτομῆς, διατί; ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, καὶ ταύτας ἐβεβαίωσεν ὁ Χριστός; ἐκεῖνος δὲ τοῖς πατράσι διέθετο τὰς ἐπαγγελίας, ὁ καὶ τὸν αἰσθητὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν δημιουργήσας Θεὸς, ὃν καὶ Μωσῆς ἐν τῇ κοσμογενείᾳ θεολογεῖ· δείκνυται δὲ δι' ὧν ὁ Παῦλος ἐνταῦθα καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις λέγει, τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οὗτος πατὴρ, οὗ τὰς ἐπαγγελίας ὡς γνήσιος υἱὸς ἀπαραβάτους τε καὶ ἀψευδεῖς αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, καὶ οὐ δι' ἄλλου ἐπεδείξατο, πῶς τῆς ἀποστασίας οὐ καταδύεται τὸ ἀναίσχυντον; Ἀλλὰ τί μοι λέγειν Παῦλον, καίτοι τηλικοῦτον ὄντα τῇ τε γνώσει τῆς παλαιᾶς καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, πάλιν ἐνὶν

V. Conſidera vero ſimul, quibus encomiis Joannem mactet Servator, quando eum divitiis omnibus ſuperiorem, & ſupra omnem mundi faſtum collocatum, in fide præterea firmum, ac in ſententiis bonis rectisque tuendis immotum pronunciat. (*Matth. XI.*) Ab his ipſum celebrans, vide, quam longe altius Virum efferat, neminemque inter genitos ex mulieribus cum eo comparandum, ſed palmam omnibus præripientem, ſiſtat. Poſtea a virtute ita laudatum etiam Prophetam & Propheta majorem appellat. Prophetam

τὴν χρείαν τοιούτοις ἔργοις καὶ ἀξιώμασιν, ἃ τῆς ἀγαθότητός ἐστι δῶρα, προσαρμοζόμενον. Προφήτου δὲ περισσότερον, ὅτι τὴν ἴσην ἐκείνοις χάριν λαβὼν τοῦ προορᾶν τὰ ἐσόμενα, πλέον εἵλκυσε τὸ καὶ τὸν προφητευόμενον ἰδεῖν, καὶ τὸ καταξιωθῆναι ὕδατι βαπτίσαι τὸν πυρὶ καὶ πνεύματι ἁγίῳ τὸν κόσμον βαπτίζοντα, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων καθαίροντα. Ἆρα οὖν ἡ χάρις τῷ νόμῳ διαμάχεται, ἢ οὐ πολλή τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς συμφωνία καὶ συνάφεια; πῶς δ' εἴπερ ἦν ὁ Ἰωάννης ἄλλης ἀρχῆς, ὁ τῆς χάριτος νομοθέτης, ταῦτα προσεμαρτύρησεν αὐτῷ, ὃ ὀλίγοις ἐστὶν εὑρεῖν, καὶ ταῦτα τοῖς ἐκλεκτοῖς τῶν ἐν

quidem, ut oſtenderet, Prophetarum nomen ejusque uſum ejuſmodi operibus & prærogativis, quæ bonitatis dona ſint, accommodatum eſſe. Propheta autem majorem vocat, quod qui æqualem cum illis gratiã nactus eſt, ut futura prævideret, idem adhuc plus habuit, ut ſcilicet videret eum, de quo illi vaticinati ſunt, & dignus haberetur, qui baptiſaret aqua illũ, qui mundum igne & Spiritu baptiſaturus erat, & a peccatis mundaturus. Num igitur Gratia cum Lege pugnat? nonne potius magna eſt inter utramque conſenſio & affinitas? Quomodo vero, ſiquidem Joannes ab alio erat Principio, Gratiæ auctor hæc de eo teſtatus eſt, quæ paucis eisque ſelectis tempore Novi Teſtamenti pa-

τῇ χάριτι κατορθούμενα; πῶς δ' ἂν ἠνέχετο, παῖς ὢν ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρὸς, καὶ πηγὴ ἀγαθότητος, τῇ νομικῇ καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ, ἃ οἱ ἀποστάται τῆς ἀντικειμένης ἔργον τολμῶσι λέγειν καὶ πρόσταγμα, τὴν ἄχραντον αὐτοῦ κεφαλὴν ὑποκλῖναι, καὶ τὸ ἐξ ὕδατος ὑποστῆναι βάπτισμα, Ω γλώσσης ἰὸν ἀσπίδος προχεούσης! οὐκ ὄντος τοῦ ὕδατος τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δημιουργίας;

VI. Ἀλλὰ γὰρ τί τὸ μεῖζον οὐ λέγω. Ἐστὶ δὲ τὸ αὐτὸ τῷ τε λέγοντι χωρὶς φρίκης εἰπεῖν ἀπορώτατον, καὶ καθ' ὧν ἡ πλάνη χορεύει, σφοδρότατόν τε καὶ τμητικώτατον, καὶ ὅσον ῥηθῆναι χρειωδέστατόν τε καὶ σεβασμιώτερον. Γεγέννηται μὲν γὰρ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸς υἱὸς ἐκ παρθενικῶν λαγόνων

trata eſſe conſtat? Quomodo item, cum Boni Patris Bonus ſit filius, idemque bonitatis fons, legali & manui & voci, quas Apoſtatæ oppoſiti Principii opus & præceptum dicere audent, immaculatum caput ſuum ſubmittere, & baptiſmum per aquam recipere ſuſtineat, O linguam venenum ſerpentis effundentem! ſi aqua non ſit a bono creatore profecta?

VI. Quod vero amplius valet, non commemoro. Id vero tale eſt, quod nemo ſine horrore dicere ſuſcipiat, illis vero, in quibus error hic exſultat, conficiendis maxime aptũ ſit, atq; adeo cum maximo fructu & ſtudio a nobis exponendum. Natus enim eſt Boni Patris bonus Filius ex Virginis utero, in mun-

dum

διὰ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, καὶ σάρκα τὴν ἡμετέραν ἐκ τῶν ἀχράντων αὐτοῦ διαπλάσας αἱμάτων ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος. Καὶ τοῦτο τοῖς μὲν πάλαι τῶν ἀσεβῶν παρεγεγράφετο, i) τοῖς δὲ ἐκεῖθεν φυεῖσιν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἔργῳ τὴν ἄρνησιν ἀγαπῶσι, τῆς ἐν λόγοις τιμῆς οὐκ ἐκβάλλεται. Καὶ γὰρ σεμνολογουμένους ἔνεστιν αὐτοὺς ὁρᾶν, οἷς τε τὰς Εὐαγγελικὰς γραφὰς τιμᾶν ἰσχυρίζονται, καὶ εἰς τὸν Ἀπόστολον καὶ θεοφόρον Παῦλον τοῦ οἰκείου φρονήματος δογματικὸν καὶ διδάσκαλον καταψεύδονται. Σάρκα τοίνυν προσλαβόντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ γὰρ ὁ τῆς βροντῆς ἀνακέκραγεν υἱός· Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκή-

di ſalutem, ita ut carnem noſtram ſibi ex immaculato ſanguine formaret, & homo vocaretur. Atque id quidem veteres impietatis patroni refugerunt; illi autem, qui hinc orti ſunt, & qui neſcio quomodo, opere ipſo negare id malunt, in ſermonibus commemorare non refugiunt. Videas enim, eos ſpecioſe loqui, quando & Evangelica ſcripta ſe colere affirmant, & Paulum divinitus actum ſententiæ ſuæ auctorem & doctorem mentiuntur. Cum itaque carnem aſſumſerit Dominus noſter Jeſus Chriſtus: Namque ille tonitru filius exclamavit: *& ſermo caro factus eſt, & habitavit in nobis: Ioh.*

i) περεγεγράφετο] eos innuit ex veteribus hæreticos, tum Valentinianos, tum Manichæos, aliosque hujus generis, qui Chriſtum verum hominem fuiſſe negarunt. Lege eos, in ſuas claſſes diſtinctos, apud *Forbeſium* lib. II. Inſtruction. Hiſtorico-Theolog. c. 1, p. 77. ſqq.

νωσεν ἐν ἡμῖν. Καὶ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν γέννησιν ἄλλος πάλιν τῶν Εὐαγγελιστῶν ἀναγράφει ἐκ πνεύματος ἁγίου γεγονέναι, καὶ τεκεῖν τὴν παρθένον τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ καλέσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Ὁ δὲ τούτοις ὢν ὁμόχορος καὶ συνθιασώτης, οὐ τὸν ἄληπτον τόκον μόνον ἀπαγγέλλει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀπόρρητον καὶ προηγησάμενον ἐπὶ μέρους τρόπον, k) καθ' ὃν ἐκυιοφορήθη, καὶ ὡς τεχθέντα τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον ἐσπαργάνωσεν ἡ παρθένος καὶ ἐν τῇ φάτνῃ ἀνέκλινε. καὶ ὡς σωτὴρ ἐτέχθη τῷ κόσμῳ Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαβίδ, τῶν ἀγγέλων ὁ δῆμος ἀνύμνωσε. Καὶ πρός γε τούτοις, ὃ τοὺς φαντασιαστὰς τοῦ μυστηρίου, τὴν χάριν εἰς λῆρον ἀπάγοντας, ἔτι

I. 14. Et Jeſu Chriſti nativitatem alius iterum Evangeliſtarum ex Spiritu Sancto factam ſcribit, traditque, *Virginem peperiſſe filium ſuum primogenitum, & vocaſſe nomen ejus Jeſum.* (*Matth.* I. 25.) Horum vero collega & ſodalis (*Luc.* I.) non ſolum incomprehenſibilem partum, ſed & abſconditum ac ex parte antegreſſum conceptionis modum ſignificat. Quomodo vero filium ſuum primogenitum Virgo faſciis involverit, & in præſepi repoſuerit. (*Luc.* II. 7.) Quomodo item Servator Jeſus Chriſtus mundo natus ſit in civitate David, Angelorum turba cecinit. Præterea vero idem, (id quod homines myſterium hoc ſpeciete-

μᾶλ-

k) τρόπον] vult Photius id, quod S. Lucas I. 36. memorat de Eliſabetha, quæ ex parte præter naturam filium conceperat ante Mariam.

μᾶλλον ἐπιστομίζει καὶ καταισχύνει, μεθ' ἧς καὶ τὴν ἐκείνων ἀποσπάδα, καθ' ἧς ὁ λόγος κεκίνηται. Τούτους οὖν ὑφὲν ἀπορραπίζων καὶ καταστρεφόμενος, καὶ τὴν κατὰ τὸν νόμον περιτομὴν τῆς σαρκὸς ὑποστῆναι τὸν τεχθέντα σωτῆρα ἡμῶν ἐκδιδάσκει, ἡνίκα καὶ τὴν Ἰησοῦ προσηγορίαν κἂν τῷ παρόντι μέρει τὰς Μωσαϊκὰς ἐντολὰς πληροῦντα συμπαραδίδωσι δέξασθαι. Τῆς δὲ τοῦ λόγου ἐνσωματώσεως ἢ σαρκώσεως καὶ ἐνανθρωπήσεως οὕτω περιφανεστάτης οὔσης, ἀλλὰ μέχρι τούτων κατὰ ῥοῦν τε ὁ λόγος ἡμῖν καὶ δι' ἡδονῆς καὶ χαρίτων ἐφέρετο, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἴλιγγός τε καὶ δέος προσίσταται· πλὴν εἰπεῖν ἀνάγκη καὶ ἀγωνίας πληρούμενον, ἃ παρελθεῖν ὁ τῆς πλάνης ἔλεγχος οὐκ ἐᾷ. πότερον

nus tenentes, & gratiam in nugas convertentes, nec minus illorum aſſeclas, contra quos his diſputatur, adhuc magis compeſcit & confundit) penitus eoſdem debellans & dejiciens, docet, Servatorem, nobis natum, etiam circumciſionem carnis Lege præceptam recepiſſe, ac præterea eundem, etiam hac in parte Moſaica præcepta implentem, Jeſu appellationem recepiſſe profitetur. Cum itaque incarnatio verbi, ſeu carnis aſſumtio & nativitas tam manifeſta ſit (huc usque enim prono curſu ſermo nos cum voluptate detulit: jam vero vertigo me fere & pavor occupat: ſed dicendum tamen omnino eſt, quamvis non ſine trepidatione, quod confutatio præſens erroris prætermittere

ὦ τολμῶν σὺ τὰ ἀτόλμητα, ἔτι δὴ τὸ κυριακὸν σῶμα τῆς φαύλης ἂν θείης ἀρχῆς, ἢ τὸν ὄγκον εὐλαβηθήσῃ τοῦ δυσσεβήματος; Εἰ μὲν γάρ καί σε τρόμος ἔχει καὶ φόβος κατέλαβε, ἀφαιρήσεις αὐτὸ πάντως τῆς πονηρᾶς καὶ πλάσεως καὶ ἀρχῆς, μᾶλλον δὲ τῆς σῆς βλασφημίας, καὶ σαυτοῦ τὴν τόλμαν ταύτην συναποσκευάσασθαι πολλὴν ἐπιδείξεις τὴν σπουδήν. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν θείαν ὀργὴν καὶ τῶν λογισμῶν τὴν κρίσιν καὶ κατάγνωσιν καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τὴν σὴν ἀντανεχεῖν ἐπωρεώθης γνώμην, πῶς, εἰπὲ, τὸ πονηρὸν συνήφθη τῷ ἀγαθῷ, καὶ πῶς ὑπέστη ὁ ἀγαθὸς θεὸς διὰ τοῦ πονηροῦ τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν καταπράξασθαι, καὶ τὸ θαυμασιώτερόν τε καὶ φρικωδέστερον τῷ θρόνῳ συνεδριάζει τῷ πα-

non ſinit.) Numquid tu, qui non audenda audes, dominicum hoc corpus ad Malū Principiū referre mavis, an gravitatem flagitii hujus agnoſcere? Si enim horror te capit, & timor occupat, ſubtrahes illud omnino malo conditori & Principio, vel, ut rectius loquar, omni ſtudio efficies, ut facinus hoc, blasphemiæ tuæ fœtū, amoliaris. Quod ſi vero, non habita ratione iræ divinæ, neglectoque rectæ rationis judicio, imo ipſo erga homines pudore, ſententiam tuam mordicus tueri pertinaciter conſtituiſti, quomodo, quæſo, Malum Bono junctum eſt, & quomodo Bonus Deus ſalutem mundi per Malum reparare ſuſtinuit, &, quod magis admiratione ac horrore dignum eſt, in thronum pa-

πατρικῷ; Τοῦτο γὰρ ὁ τῶν ἀπορρήτων μύστης καὶ μυσταγωγὸς ἐδιδάξατο· ἢ γοῦν τούτων ἁπάντων οἰκειώσῃ τὴν ἐξάρνησιν, ὡς ὁ λόγος οὐ σεσάρκωται, οὐ προῆλθε τῷ κόσμῳ διὰ γεννήσεως ἐν τῷ τόκῳ, οὐ l) γένος διέσωσεν, οὐ τὸ προσληφθὲν σῶμα τῷ πατρικῷ θρόνῳ συγκαθιδρύσατο, ἢ ταῦτα λείπεται μὴ ἐξαρνούμενον, ἀρνεῖσθαί τε m) τὴν ἀγαθότητα τοῦ θεοῦ, εἰς κακίαν τῇ συναφῇ καθυβρίζοντα, καὶ δὴ καὶ κείνην, ὅτε μηδὲ τὸ σὸν ἔχειν σοι καταλείπεται, εἰς ἀγαθότητα μεταβάλλουσαν· καὶ ἦν ἄν σοι, θεομαχεῖν πάντως ᾑρημένῳ, κουφοτέρα μᾶλλον τῶν προτέρων ἢ τῶν δευ-

trium collocat? id enim abſconditarum rerum ſciens & doctor tradit. Aut igitur has res omnes negare te oportebit, quod ſcilicet verbum carnem aſſumſerit, in mundum per nativitatem in partu venerit, humanum genus redemerit, aſſumtumque corpus throno patrio vindicarit; aut relinquitur, ſi ea non negaris, negare te bonitatem Dei, quem, ipſa hac conjunctione adſtructa, malitiæ ſuſpicione oneres, & injuria afficias, quippe qui & malitiam, cum nec tuum retinere poſſis, in bonum converterit. Et ſane, ſi omnino contra Deum pugnare conſtitutum habeas, magis in promtu erat prius impietatis caput, quam

l) οὐ] particulum hanc, in MS. deſideratam, ſenſus addere me coegit.

m) τε] malim legere σέ.

τέρων δυσσεβημάτων ἡ αἵρεσις. Καὶ γὰρ ἦν ποτε τοῖς μὲν οὐκ εἰδόσι τὰ πρότερα οὐ δὲ διὰ τὸ μήπω παρεῖναι τιμῶσιν, οὐδὲ μιᾶς ἐπαφιεμένη δυσσεβείας εἴσπραξις. Ἀπάγειν δὲ τὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα πρὸς κακίαν, ἢ ταύτην σεμνύνειν τῇ μετουσίᾳ τῆς ἀγαθότητος, οὐδεὶς οὐκ ἔστιν αἰὼν ὃς μὴ τὴν τιμωρίαν ἀπαραίτητον τοὺς ἑλομένους οὐκ εἰσπράττεται.

poſterius eligere. Fuit enim tempus, quo in flagitii hujus pœnam non vocabantur, qui priora illa neſciebant, eaque, tanquam nondum exiſtentia, non reverebantur. Qui vero Dei bonitatem in malum transtulerunt, aut hoc, tanquam Boni particeps factum, illuſtre reddiderunt, eos nulla non ætas inevitabili pœna dignos judicavit.

VII. Τηλικούτοις δὲ κακοῖς τῆς τόλμης καὶ τῆς ἀσεβείας πανταχόθεν τοὺς ἐραστὰς περιστοιχιζούσης· οἱ δὲ πρὸς τῷ μὴ τῆς πλάνης ἀναφέρειν, ἀλλά γε καὶ κόρον ὥσπερ τοῦ θεομαχεῖν λαβεῖν τινα δεδιότες, καὶ δευτέρᾳ βεβηλώσει τὴν τοῦ ἀγαθοῦ καθυποβάλλουσι φύσιν. Τῆς γὰρ αὐτοῦ διαθήκης τὴν ἀρχαιοτέραν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ διαπρεπῶς πολιτευσαμένους εἰς τὴν

VII. Cum vero audacia hæc & impietas amaſios ſuos tot malis circumdet, illi tamen adeo ab errore ſuo ſe non avertunt, ut potius, veriti quaſi, ne ſatietate quadam Deum oppugnandi corripiantur, novæ cuidam profanationi Boni naturam exponant. Cum enim Vetus ejus Teſtamentum, atque eos, qui in eodem præ ceteris emi-

τῆς

τῆς πονηρᾶς ἀναρτῶντες ἐξουσίαντε καὶ θεραπείαν, ἐπείπερ καὶ Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὰ κατὰ σάρκα, τῆς αὐτῆς χοροστασίας ὑπῆρχον, δῆλον ὡς διπλᾶ βεβηλώσει τὸν τῶν ὅλων καταστίζουσι δεσπότην· μιᾷ μὲν ὅτι πονηρᾶς ἀποφαίνουσιν, ὃ προσείληφε σῶμα, δημιουργίας· δευτέρᾳ δὲ, ὅτι μὴ ἐξ ἄλλου γένους, ἀλλ' οἷς ὁ βίος ἡ παρ' αὐτῶν προπηλακιζομένη κατὰ νόμου λατρεία. Καί τοιγε εἰ κακίας ἔργον τῷ ἀγαθῷ, πῶς ἂν εἴη οὗτο ἀπαραίτητον προσλαβεῖν; τίς ἀτοπίας καταλείπεται ὑπερβολὴ τῷ καὶ διπλαῖς ἐνεχομένῳ αἰτίαις. Τὸ μὲν γὰρ τὸ οἰκεῖον πλάσμα, πρὸς ἁμαρτίαν ἀποῤῥυὲν, διὰ τῆς προσλήψεως ἀνασώσασθαι, τῆς ἄκρας ἦν προνοίας καὶ ἀγαθότητος. Τὸ δὲ τὸ ἀλλότριον ὑπελθεῖν καὶ ταῦτα φύσει

nuerunt, ad Mali Principii poteſtatem ejusque cultum referant, cum tamen ad David & Abraham, ex quibus Chriſtus quod ad carnem, ejusdem ordinis exſtiterint; manifeſtum eſt, quod Dominum univerſitatis rerum duplici injuria afficiunt, ſemel quidem, quod corpus, quod aſſumſit, a Malo eſſe contendunt; deinde vero, quod illud non ab alio populo deducunt, quam eo, qui ſecundum legem, ab ipſis contemtam, vixit. Quod ſi enim Bono Mali ineſt opus, quomodo quæſo ab aliis illud evitari poterit? Numqua vero ad inſolentiam hominis acceſſio fieri poteſt, qui duplici crimine ſe obſtringat? Et enim propriam creaturā ad peccatum averſam, per ejus aſſumtionem ſervare, maximæ curæ & boni-

καὶ

καὶ διχόθεν ἀντανιστάμενον πρὸς ἀλλοτριότητα, πῶς οὐχὶ καὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς ἀγαθότητος οὐκ εἰς τὸ ἐναντίον περιτρέπει τὸ ἀξίωμα; Οὕτως οὐκ ἔστιν ὅλως, οὐκ ἔστιν οὔτε τῶν τὸ σῶμα λεγόντων οὔτε τὴν Μωσαϊκὴν νομοθεσίαν τοῦ πονηροῦ οὔτ' ἐμμανέστερον οὐδὲν, ἀλλ' οὔτε μιαρώτερον, οὔτ' ἀθεώτερον. Ἄλλως τε δὲ, εἰ τὰ σώματα πλάσεως ἐστὶν ἐναντίας, ἀλλ' οὐχὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητος καὶ ἐξουσίας, πῶς τῶν ἀλλοτρίων καὶ φαύλων σωμάτων, ὅτι φαύλου ποιήματα, τὰς νόσους ἐλαύνων ὁ ἀγαθὸς θεὸς τὰς παραδόξους ἀντεισῆγε θεραπείας. Οὐδὲν γὰρ οὗτο ἀλλ' ἢ συγκροτεῖν τὸ ἔργον, οὗ καθελεῖν παρεγένετο τὴν τυραννίδα, καὶ αὔξειν τὸ κράτος τοῦ τὴν ἐξ ἀρχῆς

tatis argumentum eſt: Viciſſim ſi alieni quid clanculum obrepat, quod natura alteri ſit adverſum, & contrarietate ſua cum eo pugnet, nonne illam & curæ & bonitatis eminentiam in partem oppoſitam convertere judicandum eſt? Itaque non eſt ulla opinio vel inſana magis, vel impura, vel impia, quam eorum, qui vel corpus vel Legem Moſaicam a Malo repetunt. Præter hæc, ſi corpora a Creatore malo ſunt, non vero a Patre & Filio & Spiritu Sancto, una divinitate & potentia, quomodo ab alienis & malis corporibus, quæ ſane Mali ſunt opera, morbos propellit Deus Optimus, & mirabilem iis affert medicinã? Hoc enim nihil foret aliud, quam ornare op᷒, ad cujus poteſtatem deſtruendam venerat, at-

ἀπο-

ἀποστασίαν ἐπανῃρημένου; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰ τὰ βλαστήματα τῆς γῆς, οὐ τῆς ἀγαθότητος ἀρχῆς, πῶς τοὺς ἄρτους, ἃ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων σπερμάτων ἐζυμώθη, αὐτός τε ὢ βαθείας μέθης! προσεφέρετο, δυνάμενος μάλιστα ἐκ μὴ ὄντων ἑαυτῷ τροφὴν παρασκευάσαι; Ὁ δὲ καὶ τούτους πληθύνων ἔτρεφε χιλιάδας, ὕλην τῆς θαυματουργίας τὴν τοῦ πονηροῦ παραλαμβάνων κτίσιν, καὶ κοινωνὸν ποιῶν τῆς ὑπερφυοῦς εὐεργεσίας τὸν ἀντικείμενον, ὥσπερ οὐκ ἐξὸν αὐτῷ ἐξ ἑτέρας ἐνεργουμένης τρέφειν ὕλης ἑαυτόν τε, καὶ τοὺς, ὅσοι τοῖς αὐτοῦ προσανεῖχον καὶ κατηρτίζοντο ῥήμασιν. Καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ δὲ βεβιωκότων οἱ φύλακες, εἰ μὴ τῆς ἀγαθουργοῦ θεότητος ὑπῆρχον θεράποντες, πῶς τοὺς μα-

que adeo augere vires ejus, qui ab initio defectionem procuraverat. Imo ſi fruges terræ non a Bono ſunt Principio, quomodo panes, ex alienis ſeminibus fermentatos, ipſe, ô profundum ſtuporem! obtulit, qui ſibi ipſi ex rebus non exiſtentibus cibum parare poterat? Imo vero idem ille eos multiplicans, aliquot millia, aſſumta in miraculi productionem Mali creatura, Hoſteque ſuo in beneficentiæ ſupernaturalis ſocietatem cooptato, cibavit, tanquam cui non liceret ex alia materia & ſe, & illos, qui verbis ejus attendebant & auſcultabant, nutrire. Quod ſi cuſtodes & principes eorum, qui in Veteri Teſtamento vixerunt, non fuerunt miniſtri Dei benigniſſimi, quo-

θητὰς

θητὰς μάτην ἐγκαλουμένους ὑπὸ τῶν διυλιζόντων μὲν Φαρισαίων τοὺς κώνωπας, καταπινόντων δὲ τὰς καμήλους, ὅτι πεινῶντες τοὺς στάχυς ἐν τῷ σαββάτῳ ἔτιλλόντε καὶ ἤσθιον τὴν τοῦ σώματος παραμυθούμενοι ἔνδειαν δι' ἐκείνων, κρείττους τε τῆς αἰτίας ἀπέφαινε, καὶ ἀπέλυε τοῦ ἐγκλήματος, τὸν Δαβὶδ εἰς συνηγορίαν καὶ βοήθειαν προτείνων, καὶ τοὺς ἱερεῖς τοὺς κρεανομοῦντάς τε καὶ ξυλοκοποῦντας ἐν τῷ σαββάτῳ; Καὶ τότε διὰ τῆς ἱερᾶς ὑπηρεσίας, ἐφ' ἧ μᾶλλον ἔδει σώζεσθαι τὸν νόμον, τῆς ἐργασίας προϊούσης.

VIII. Τίς δ' ἂν σαφέστερος ἔλεγχος ἢ δυνατώτερος, ὅτι μηδενὸς τῶν ἐπιγείων ὁ πονηρὸς δεσπόζει, τῶν αὐτοῦ ῥημάτων ἐκείνου, δι' ὧν ἐ-

modo diſcipulos, præter cauſam a Phariſæis culices percolantibus, & camelos deglutientibus reprehenſos, ideo, quod eſurientes ſpicas in ſabbato, quibus corporis famem ſolarentur, evellebant & edebant, accuſationi huic non obnoxios judicabat, ſed a crimine pronunciabat immunes, Davidem & Sacerdotes, carnes ſcindentes & ligna findentes in Sabbato, in ſubſidium & patrocinium cauſæ afferens, atque id quidem eo tempore, quo ſacrum ejus munus, quod ad ſalutem mundi referebatur, cum maxime urgeretur? (*Matth.* XII. 1. ſeqq.)

VIII. Quodnam vero illuſtrius aut efficacius argumentũ afferri poteſt, quo conſtet, nulli rei terreſtri dominari Malum, quam ipſa hu-

αὐτῷ

αὐτῷ τὴν κτίσιν ὑποβαλλόμενος, ὅτε κρυπτομένῳ καὶ λανθάνοντι τῷ δημιουργῷ τῶν ὅλων καὶ δεσπότῃ ἐπιπειράσαι προσιὼν, καὶ τὰς ἐπιγείους βασιλείας πάσας, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν ἐπιδεικνὺς ἔλεγε· ταῦτα πάντα σοὶ δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσεις μοι. Εἰ γὰρ ἐστι ψεύστης, καὶ οὐδέποτε ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἔστηκε. οὕτω γὰρ ἡ ἐνυπόστατος ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἀλήθεια, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅλως τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν, ὃς ἂν τολμήσειε τὴν τοιαύτην φωνὴν παραγράψασθαι· Πῶς οὐ πάντων ἐστὶ φανερώτερον, ὡς οὐδενὸς τῶν ἐπιγείων κτισμάτων ὁ τοῦ ψεύδους δημιουργὸς ἄρχει, οὐδ' ἔστιν αὐτῶν ποιητὴς, πλήν γε τῶν θελημάτων ἐκείνων καὶ πράξεων, ὧν αὐτός ἐστιν ὑποσπορεὺς καὶ ὧν τοὺς λογισμοὺς μετεπλάσατο

jus verba, quibus creaturam ſibi ipſi ſubjiciens, cum ad Creatorem omnium occultatum & latentem tentaturus accederet, regnis terrenis omnibus, & gloria illorum demonſtratis, dicebat: *hæc omnia tibi dabo, ſi procidens me adoraveris.* (*Matth.* IV. 9.) Si enim mendax eſt *neque unquam in veritate perſtitit.* (*Joh.* VIII. 44.) (ita enim nos docuit ipſiſſima veritas, neque quisquam eſt eorum, qui Chriſtum profitentur, qui hanc aſſertionem admittere nolit) nonne omnium manifeſtiſſimum eſt, quod mendacii auctor nulli rerum terreſtrium dominetur, neque ipſe earum conditor exiſtat, ſed tantum auctor voluntatis & actionum illorum hominum ſit, quos ipſe occulte ſeminavit, &

αὐτὸν

αὐτὸν ἐπιγράφειν κτίστην καὶ δημιουργὸν, οὐχ ὅτι αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἐκ μὴ ὄντων, ἢ τὸ σῶμα παρήγαγεν, ἀλλ' ὅτι αὐτὸν ἑαυτοῖς οὕτω παρηνέχθησαν κύριον ἐπιγράψασθαι. Ὥστε ὅπερ τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς παραίτησιν τοῦ οἰκείου προβάλλονται δυσσεβήματος, ὅτι περ ἄρχει τῶν ἐπιγείων ὁ πονηρὸς, τοῦτο αὐτοῖς εἰς τὸ μηδενὸς αὐτῶν περιέστραπται μετέχειν τῆς ἀρχῆς. Ψεύστης γὰρ ὢν καὶ ψεύδους ἀρχηγὸς αὐτὸς ἀνεῖπεν ἑαυτῷ τῶν ἐπιγείων ἔχειν τὴν ἀρχήν. Ἀλλὰ γὰρ εἰ τὰ σώματά εἰσι τοῦ πονηροῦ, πῶς οἱ μαθηταὶ τὸ ἅλας ἔσονται τῆς γῆς; Πῶς δὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου; ἐξ ἡμισείας γὰρ καὶ ἁλίσουσι καὶ φωτίσουσι, μᾶλλον δὲ οὐκ ἐξ ἡμισείας. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἡμίση πάλιν τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος, ἀλλ' οὐχ ὅ-

quorum rationem ita transformavit, ut ipſum conditorem & auctorem rerum inſcriberent, non quaſi is animam aut corpus eorum ex non exiſtentibus produxiſſet, ſed quod adeo in transverſum acti ſunt, ut eum ipſi ſibi Dominũ conſtituerint. Itaq; id, quod nonnulli errantiũ in defenſionẽ impietatis ſuæ afferunt, quod ſcilicet terreſtribus dominetur Malus, id, inquã, eo adhiberi poteſt, ut ſub nullo imperio eſſe dicantur. Qui enim mendax eſt, & auctor mendacii, ipſe ſibi imperium rerum terreſtrium vindicavit. Si porro corpora ſunt a Malo, quomodo diſcipuli ſal erãt terræ? quomodo lux mundi? (*Matth.* V.13.) Ex dimidia enim tantum parte ſalient, & illuminabunt, imo vero ne ex

λον

λον ποθὲν τὸν ἄνθρωπον. Ἀνεπίδεκτον γάρ ἐστι τὸ πλάσμα τοῦ πονηροῦ ἁλισθῆναι, ὥστε μὴ πρὸς σαπρίαν τινὰ κακίαν ἀποκλῖναι, ὅλον αὐτὸ τοιαύτη n) πεφυκὸς σαπρία. Καὶ μὴν καὶ ἀνεπιτήδειον ὑποδέξασθαι τὰς τοῦ φωτὸς μαρμαρυγὰς, μάλιστά γε τῆς πλάνης συνυποβαλλούσης, καὶ τοὺς ταῦτα καταπράττεσθαι κεχειροτονομένους τὴν ἰσχὺν οὐκ ἔχειν, ἅτε δὴ τοῖς ἴσοις αἰτιάμασιν ἀνεχομένους. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ σωτὴρ λαμπρῶς ἀνακράζει· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς Προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι· πῶς οὐ δέδοικε τὸ ἀναίσχυντον τῶν ἀσεβῶν φρόνημα τὸν νόμον καὶ

dimidia quidem parte. Nam viciſſim dimidiam tantum humanæ ſubſtantiæ partem, non vero toti homini id præſtabunt. Creatura enim Mali ſalituram non admittit, ne malitia ad putredinem inclinare poſſit, cum tota putredo exiſtat. Neque idem idoneum eſt ad recipiendas lucis ſtricturas, præcipue cũ erronea eorũ doctrina id quoque tradat, eos, qui ad ejuſmodi quid perpetrandum deſtinati ſint, facultatem illam non habere, ſed a delictis ſuis retineri. Quando vero ipſe Servator diſerte clamat: *non veni legem ſolvere, aut Prophetas, ſed implere* (*Matth.* V. v. 17.) quomodo impu-

K τοὺς

n) τοιαύτη] MS. in dandi caſu legit, ſicut & ſequens σαπρία. At rectius utraque vox pro nominativo habetur. Ea enim eſt Photii mens, ſalituram non cadere in corpus, tanquam rem penitus malam & putridam, quæ proinde a putredine præſervari non poſſit.

τοὺς προφήτας πονηρᾶς λέγειν προελθεῖν ἀρχῆς, καὶ ταύτην διὰ βίου τεθεραπευκέναι; Εἰ γὰρ πληρωτής ἐστιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, εἴη δὲ αὐτοῖς τὸ ἑπόμενον βλάσφημον περιτρεπόμενον εἰς τὰς κεφαλὰς, δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν πονηρὰν μεταπλάττουσιν εἰς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, μένουσαν ἐν τῇ ἰδίᾳ τῆς κακίας περιγραφῇ, ἑκούσιον ὑπηρέτην ταύτης γενέσθαι, καταδικάζουσι τὸν διὰ πολλὴν ἀγαθότητα, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις τῶν παθῶν τυραννίδος παραγεγονότα καθελεῖν αὐτήν. Τὸ δὲ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, ἵνα μὴ βεβαιώσεως ὑπερβολὴν ἀπολείπῃ τινὶ, πῶς

dentiſſima impiorum mens non veretur dicere, Legem & Prophetas a Malo Principio profectos eſſe, atque huic in vita cultum exhibuiſſe? Si enim Servator noſter implet Legem & Prophetas, conſequeretur ex duobus abominandis, & in ipſorum perniciem vergentibus, alterutrum, vel quod Malum in Bonũ convertant, vel, ſi illud malitiæ terminis circumſcriptum maneat, quod Chriſtum ſpontaneum, illius miniſtrum conſtituant, qui per infinitam ſuam bonitatem ideo venit, ut Malum deturbaret de imperio quod inter homines exercet. Illa vero verba: *Amen dico vobis, donec tranſierit cælum & terra, jota unum aut unus apex non tranſibit a Lege, donec omnia fiant,* (*Matth.* V. 18.) num-

δ᾽ οὐ τὴν τῆς πλάνης σαλπίζει καταστροφήν, ἢ τὰ τῶν ἀσεβῶν οὐκ ἐμφράττει ἀπύλωτα στόματα, κἂν ὑπ᾽ ὀδόντα φιλονεικῶσιν ἔτι παραφθέγγεσθαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας εἶναι τοῦ πονηροῦ.

quam probationis acceſſionem admittunt? Nonne potius erroris everſionem ebuccinant, aut indomita impiorum ora obturant, etiamſi mordicus adhuc tueri conentur, quod Lex & Prophetæ a malo ſint?

IX. Ὅταν δὲ τὸν Εὐαγγελιστὴν ἀκούσῃς τὴν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἄφραστον ἐπιδημίαν, καὶ τὰς ὑπὲρ λόγον πράξεις ἀπ᾽ αὐτῆς ἀρχῆς εἰς τοὺς προφήτας ἀναφέροντα, πῶς οὐκ αἰδώς σε λαμβάνει καὶ μετάνοια, ἀνθ᾽ ὧν ἐνυβρεῖσαι παρηνέχθης, οὓς ἀναγράφει τὰ ἱερὰ λόγια, τηλικούτου φιλανθρώπου μυστηρίου κήρυκάς τε καὶ ἐκφάντορας, καὶ ὧν αἱ προφητεῖαι τοῦ Εὐαγγελίου θεμέλιος; Ἀρχὴ γάρ φησι τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς γέγρα-

IX. Quando vero audiveris, Evangeliſtam adventum Jeſu Chriſti, Filii Dei, inenarrabilem, ejusque actiones omnem ſermonem excedentes inde à principio ad Prophetas (tanquam prænuncios) referentem, nonne pudore & pœnitentia duceris, quod eos injuria afficere audeas, quos Sacra Oracula tanti myſterii, amorem in homines teſtantis, præcones & doctores conſtituunt, & quorum vaticinia Evangelii ſunt fundamen-

πται ἐν τοῖς Προφήταις. o) Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. Τίς δ' ἀπέστελλε κατασκευάζειν τὴν ὁδὸν τοῦ ἀγαθοῦ υἱοῦ καὶ θεοῦ, εἰ μὴ ὁ ἀγαθὸς πατὴρ, ὃς διὰ τῶν ἐν τῷ νόμῳ θεραπόντων αὐτοῦ τὴν μέχρι σαρκὸς καὶ αἵματος τοῦ υἱοῦ κένωσιν ἔσεσθαι πολλοῖς χρόνοις προεθέσπιζεν; Ἐπὶ τέλει δὲ τῶν αἰώνων καὶ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ τὸν Ἰωάννην ἀπέστελλε λέγοντα· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Τοῦ δὲ ὕδατος, ἐν ᾧ καταδεδυκὼς

tum? *Initium enim Evangelii Jeſu Chriſti, Filii Dei*, inquit, *ſicut ſcriptum eſt in Prophetis: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam tuam ante te.* (*Marc.* I. 1.) Quis vero miſit, ut pararetur via Boni Filii & Dei, niſi Bonus Pater, qui per ſuos in Lege miniſtros multis ſæculis ante nunciavit, Filium ſuum usque ad aſſumtionem carnis & ſangvinis exinanitum iri? In fine vero temporum illorum angelum ſuum, Johannem, miſit dicentem: *parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.* (*Marc.* I. 3.) Aquam vero, in qua ſubmerſus Jeſus, hominum

ὁ Φι-

o) ἐν Προφήταις] ita Photius communem, quæ hodie recte obtinet, lectionem adſtruit, quemadmodum *Irenæus* lib. III. c. 11. & Titus Boſtrenſis lib. I. contra Manichæos. Codices quidam manu exarati habent ἐν τῷ Προφήτῃ. Lege *Jo. Millium*, & *Jo. Erneſtum Grabium* ad Irenæi l. c.

ὁ φιλάνθρωπος Ἰησοῦς πᾶσαν δικαιοσύνην ἐπλήρωσε, πῶς ὅλως ψαῦσαι, μὴ ὅτι γε καθόλου ἐν αὐτῷ βαπτισθῆναι, ἠνέσχετο, καὶ καθαρσίου δυνάμεως καὶ ἁγιαστικῆς μεταδοῦναι χάριτος, εἰ μὴ τῆς αὐτοῦ δημιουργίας, ἀλλὰ τῆς ἀντικειμένης ἐτύγχανε δημιούργημα; καὶ ταύτην τὴν χάριν οὐ παρὼν μόνον τῷ σώματι πηγάζειν ἐδωρεῖτο, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας αἰῶνας δι' αὐτοῦ τὴν ἀνάπλασιν καὶ ἀναγέννησιν εὑρίσκειν τοὺς σωζομένους ἐνεργείᾳ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐχαρίτωσεν, ὡς ἀθάνατον αὐτῷ παρακολουθεῖν τὴν δωρεὰν τοῦ χαρίσματος. Ἄξιος δὲ πάλιν τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, γεγονὼς ὁ Ἰωάννης, καὶ προφήτου περισσότερος, καὶ μείζων τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναγορευθεὶς, πῶς ὑπέστη νομικῆς ἐν-

amantiſſimus omnem juſtitiam implevit, quomodo vel tetigerit, ne dicam, ea omnino tingi ſuſtinuerit, eamque purificandi & mundandi facultate inſtruxerit, niſi ſuæ potius, quam oppoſitæ Poteſtatis opus exiſteret? Atque hanc gratiam ex baptiſmo tanquam fonte ſcaturire juſſit non ſolum tunc, cum corpore præſens eſſet, ſed gratioſe effecit, ut in futura ſæcula omnia ſalvandi hic per Spiritum Sanctum regenerationem novamque creationem invenirent, atque adeo hoc gratiæ donum nunquam intercideret. Quomodo porro Joannes, dignus habitus, qui videret Bonum Deum adventantem, idemque Propheta, præſtantior & major omnibus, qui ex uxoribus nati ſunt, ab ipſa veritate re-

τολῆς ὑπερμαχεῖν, καὶ τότε πρόδρομος τῆς χάριτος ἀποσταλείς; ὁ δὲ οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἤδη παυομένης, οὕτως ᾔδει ταύτην Θεοῦ δῶρον, τὸν ἀγῶνα προθύμως μετήρχετο, ἀλλὰ καὶ μέχρι τοσούτου, ὥστε καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν δευτέραν ἄγειν τὴν περὶ αὐτὴν φυλακῆς. Τὸ γὰρ ἐλέγχειν τὸν Ἡρώδην, ὡς οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου, πόθεν λαβὼν ἐπετίμα, ἢ τίνος ὑπερασπίζων νομοθεσίας τὸν ἔλεγχον προσῆγεν τῷ Βασιλεῖ; οὐχ ὁρᾷς, πόσον ἀπεῖχεν ὑβρίζειν τὰς νομικὰς ἐντολὰς ὁ τῆς χάριτος πρόδρομος, καὶ τὸν τῆς χάριτος νομοθέτην βαπτίσαι καταξιωθείς; Εἰ δὲ μὴ τῆς αὐτῆς ἦσαν θείας καὶ ἀγαθουργοῦ ἐπιπνοίας τὰ Μωσαϊκὰ παραγγέλματα, πῶς ὁ

αὐτὸς

nunciatꝰ, pro præceptis Legis pugnare ingreſſus eſt, is ſcilicet, qui miſſus erat, ut gratiæ eſſet prænuncius? Neque is tantum pro ea jam deſitura (adeo illam norat Dei donum eſſe) certamen ingreſſus eſt, ſed eo quoque eſt provectus, ut vitam ſuam poſtponeret ſerio illam obſervandi ſtudio. Unde enim animadverſionem illam ſuam in Herodem, dicens: *non licet tibi habere uxorẽ Fratris tui*, (*Marc.* VI.18.) unde, inquam, eam nactus eſt? aut pro qua Lege propugnans ita objurgavit Regem? Nonne vides, quam longe Prodromus Gratiæ a contumelia, præceptis Legis inferenda, abfuerit, is omnino, qui ut auctorem Gratiæ baptiſaret, dignus habitus eſt? Si vero Moſaica præcepta non ab ea-

αὐτὸς τῆς χάριτος ὑπηρέτης οὐδ' ἐκείνων τὴν ὀλιγωρίαν ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἦν αὐτῶν σφοδρὸς ζηλωτὴς καὶ διάπυρος ἐκδικητής; Μάλιστά γε τοῦ σωτῆρος διακεκραγότος, οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Ου δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμμωνᾷ. Καὶ μὴν εἰ δύο κυρίων ἀντικειμένων ὁ νόμος καὶ ἡ χάρις, ἀλλὰ μὴ τῆς μιᾶς ἀγαθότητός τε καὶ μοναρχίας, πῶς οὗ μηδεὶς ἐν ἀνθρώποις μείζων, δυσὶ δουλεύων ὤφθη κυρίοις κατὰ τὴν ἄθεον γλωσσαλγίαν. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ προ-

dem divina & benefica inſpiratione profecta fuiſſent, quomodo idem Gratiæ miniſter illa adeo non contemtim habuit, ut ea potius omni ſtudio ſectaretur & fervide urgeret? Servatore noſtro inprimis clamante: *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* (*Matth.* VI. 24.) Quod ſi Lex & Gratia a duobus Dominis oppoſitis non autem ab eadem Bonitate & Poteſtate profectæ ſunt, quomodo is, quo nullus inter homines major eſt, duobus Dominis, prout impia hominum lingva tradit, ſervire viſus eſt? Atque eodem modo comparatus fuit omnium, qui ante ipſum fuerunt,

φητῶν ἡ ὁμήγυρις. Τὸ γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ τὸ πατρικὸν ἐπλήρου ἐνανθρωπήσας θέλημα, καὶ ὡς οὐκ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι, διὰ τὴν τῆς ἀθεότητος ὑπερβολὴν, οὐκ ἂν ὑποσταίην σαφέστερον ἀναπτύξασθαι.

X. Πλὴν τόγε ἄρρητον, ὡς οἷόντε ἐστὶ, καὶ ἐφ' ὅσον μὴ παντελῶς χαρίσασθαι τοῖς ἐχθροῖς ἐκφυγὼν, τὸ μετ' ἐκεῖνο δεύτερον ἐρῶ, ὡς ὁ Ἰωάννης τῇτε τοῦ νόμου διαγνώσει καὶ τῆς χάριτος ὑπηρετούμενος, καὶ δὴ καὶ τὸ σύνταγμα τῶν πρὸ αὐτοῦ προφητῶν ἀφύκτοις ἐλέγχοις τοὺς ἀσεβεῖς στηλιτεύουσι τὴν ἐνυπόστατον ἀλήθειαν εἰς ψεῦδος διασύρειν, καὶ μαχομένοις νομοθέταις τὰς ἐντολὰς διαχίζοντας τῇ τῶν προ-

Prophetarum cœtus. Jam vero id, quod Servator ipſe, homo factus, Patris voluntatem perfecit, quodque non venit ad ſolvendam Legem aut Prophetas, ſed potius ad implendum, nolim amplius, ob maximam contrariæ ſententiæ impietatem, evolvere.

X. At infandum illud, quoad fieri poteſt, & in quantum non omni ex parte gratificari hoſtibus ſimul licebit, tanquam priori iſto ſecundum, enarrabo. Johannes ſcilicet, in confinio Legis & Gratiæ miniſterio fungens, imo & omnis Prophetarum, eo priorum, cœtus argumentis non ſolvendis convincunt homines iſtos impios, quod veritatem ſubſtantialem tanquam mendacium inſectentur, &, dum, invectis

τέρων

τέρων διαβολῇ, κἂν οὔπω γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τεθαῤῥήκασιν, οὐδὲν ἔλαττον ἑαλωκότας, τί γὰρ ἂν ἐκ ψεύδους οὐ φαῦλον προέλθοι; συνεξορχεῖσθαι καὶ τὰ τῆς χάριτος. Ει γὰρ τῆς χάριτος μὲν ὁ ἀγαθὸς δεσπότης νομοθέτης, ἓν δὲ αὐτοῦ τῶν δογμάτων καὶ τό· μηδένα δύνασθαι δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἐν ἑκατέρᾳ δὲ μερίδι δεδουλεύκασιν οἱ προειρημένοι, ἄλλον δὲ Κύριον τοῖς Μωσαϊκοῖς ἐφίστησιν ἡ ἀποστασία, πῶς οὐκ ἐν τῷ προπηλακισμῷ τοῦ νόμου, εἰ καὶ διὰ μέσων παραπετασμάτων, οὐ συμπροπηλακίζουσι καὶ τὴν χάριν; Ουτω γὰρ, καίπερ οὐ φορητὸν οὐδ' ἐπ' ἐλέγχῳ λέγειν τῆς ἀσεβείας, ὅμως ἀνεκτότερον, ψεύδους αὐτὴν διαθήκην

Legiſlatoribus contrariis, præcepta diſtrahunt, eadem opera, qua priora calumniantur, quamvis id palam facere non audeant, non minus & ea, quæ gratiæ ſunt (quid enim mali ex mendacio non proficiſcatur?) prodant & ſimul explodant. Si enim Bonus Dominus Gratiæ auctor eſt, hujus vero inter reliqua hoc dogma eſt, quod nemo poſſit duobus Dominis ſervire, utrique vero parti prædicti illi ſervierunt, nunc autem illa apoſtatarum colluvies alium Moſaicis præceptis Dominum conſtituit; nonne inter medios prætextus ipſam Gratiam probris inſectantur, dum calumniantur Legem? Ita enim (quæ, utut eriam in confutatione impietatis commemorare vix fas ſit, magis ta-

ἀποφαίνοντες εἶεν. p) Ἀλλὰ δὴ κἂν τις ὑπέκρουσεν· εἴπερ ἀγαθὸς, μὴ κατὰ νόμον νῦν οἱ τῆς χάριτος βιοῦμεν; Ἀλλὰ σοῦ μὲν χάριν οὐδὲν ἀπαιτεῖ προσειπεῖν. Τί γὰρ ἔτι σοι δυσσεβοῦντι q) διηπόρηται, ἐγὼ δὲ μὴ λύειν ἑλοίμην; Ἆρα κουφότερον ἀσεβήσεις, ἢ τὴν ἀνύβριστον ἀγαθότητα καθυβρίζων κερδανεῖς τὴν ὕβριν, ἢ μετριώτερον ἀπαλλάξεις; καίτοιγε αὐτὸ τῆς ἀπορίας τὸ πρό-

men integrum fuerit) ipſum Teſtamentum mendacii inſimulare judicabantur. Sed quid ſi quis exceperit: ſi Lex bona eſt, num, qui ſub Gratia ſumus, ſecundum eam vivimus? At tua quidem cauſa nihil attinet quenquam in ſubſidium vocare. Quodnam enim tibi impio amplius dubium erit, cujus ſolutionem non adgrediar? Numquid forte levius peccabis, & dum Bonitatem, nulli injuriæ obnoxiam, injuria afficis, vel impune eam feres

βλη-

p) ἀποφαίνοντες εἶεν.] MS. ita interpungebat: αὐτὴν διαθήκην ἀποφαίνοντες. Εἶεν. Sed nexus orationis, puto, ſatis oſtendit, poſtremum illud verbum cum antecedente participio conjungendum eſſe. Hoc loco monere fas ſit, me ſæpiſſime interpunctionem apographi noſtri Holſteniani mutaſſe, etiam ubi illius rei in notis indicium non feci, cum id minus crebro fieri debuiſſet, & mutationis cauſæ eſſent manifeſtæ. Si quod vero dubium ſuboriri poterat, id nunquam tacui.

q) δυσσεβοῦντι] MS. dividit hanc vocem in duas, legens δυσσεβοῦν τι. Emendationis noſtræ cauſa in promtu eſt,

βλημα οὐδὲν ἔλαττον τὴν ἀποστασίαν διελέγχει. Οὕτω πανταχόθεν καὶ διὰ τῶν ἐναντίων τῆς ἀληθείας ἀστράπτει τὸ κράτος. Εἰ γὰρ, ὅτι μὴ τοῖς ὑπὸ τὴν χάριν πράττεται, εἰς ὑπόνοιαν ὁ νόμος, ὅτι μὴ συμφωνεῖ τῇ ἀγαθότητι, περιάγεται· πόσης ἀγαθότητος οὐκ ἀνακηρύττεται μέτοχος τῷ τὸν ἀγαθὸν θεὸν ἐλθεῖν, οὐ καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς Προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι; Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀποστάτας οὐδὲν ἐπενεγκεῖν δεῖ πλέον. Τῶν δὲ εὐσεβῶν ἕνεκα, καὶ μυεῖσθαι καὶ μυσταγωγεῖν τὰ τῆς χάριτος οὐκ ἀναξίων, ῥᾷον καὶ σαφὲς εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο μὴ κατὰ τοὺς πάλαι νόμους πολιτευόμεθα, διότι παρα-

vel facilius dimittes? Imo vero ipſa illa difficultatis oppoſitio non minus defectionem hanc confutat: adeo undiquaque etiam ex rebus ipſi contrariis veritatis robur reſplendet. Si enim ex eo, quod Lex ab illis, qui ſunt ſub Bono, non obſervatur, in ſuſpicionem eadem admittitur, ac ſi cum Gratia non concordet; quantæ bonitatis particeps eadem renunciatur eo ipſo, quod Deus Bonus venit, non, *ut ſolveret Legem & Prophetas, ſed ut impleret?* Et Apoſtatis quidem plura reſpondere non opus eſt. At piorum cauſa, qui digni ſunt, ut Gratiæ myſteriis amplius initientur, facile ediſſeri poteſt, quod propterea ſecundum antiquas Leges non vivimus, quia Chriſtus, u-

γεγο-

γεγονὼς πάντα· πεπλήρωκεν ὁ Χριστὸς, χάριν μὲν ἀντὶ τῆς διὰ Μωσέως χάριτος παραχῶν, ἀντὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀντιτύπων ἁγίων, αὐτὰ τὰ προδιατυπούμενα ἁγίων ἅγια, ὧν τὸ μὲν Παῦλος, τὸ δὲ Ἰωάννης θεολογῶν ἑκάτερον ἀνακέκραγεν, ὥστε μᾶλλον νῦν εἴτις ἐβίου κατ' ἐκείνους, ἠλέγχετ' ἂν ἀπαρνεῖσθαι τολμῶν, μὴ πάντα πεπληρωκέναι τὸν πληρωτὴν τοῦ νόμου Χριστόν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπανιτέον, ὅθεν ἡ τοῦ λόγου φορὰ πρὸς τὸ ἀκόλουθον ἁρμοζομένη παρήνεγκε φέρουσα. Εὐλαβεῖσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς τὰς τρίχας, ὁ τῆς χάριτος παρακελεύεται νομοθέτης, καὶ τοσοῦτον, ὥστε μηδ' ὅρκῳ ταῦτα καθυποβάλλειν, καὶ τὸν μὲν οὐρανὸν θρόνον ἀνακηρύτ-

bi advenerat, omnia implevit, Gratiam ſcilicet pro Gratia per Moſen tradita, proque ſanctis, quæ in ſancto erant, typicis Sancta Sanctorum, quæ per illa præfigurata erant, exhibens, quorum alterũ *Paulus* (*Hebr.* XI.3.) alterum *Johannes* (*cap.* I. 16) in divina ſua doctrina tradit. Itaque nunc quidem, qui ſecundum eas vivere inſtituat, reprehendendus foret, tanquam qui auderet negare, Chriſtum, qui Legem implevit, omnia ejus impleviſſe. Sed regrediendum eo eſt, unde ſermonis impetus, ad affinia deflectens, nos avertit. Auctor Gratiæ & cœlum & terram & Hieroſolyma, imo & capillos adeo revereri nos jubet, ut nec ad jusjurandum adhiberi velit: & cœlum quidem *thro-*

τει

τει τοῦ Θεοῦ, ὑποπόδιον δὲ τὴν γῆν. Πάλιν δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ καὶ μεγάλου Βασιλέως. Εἰ οὖν τῆς κτίσεώς ἐστι ταῦτα τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς, ὡς ὁ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς εἰδὼς υἱὸς ἐβεβαίωσε, πῶς οὐχὶ πρὸ τῆς κατὰ τῶν κτισμάτων ὕβρεως κατ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐν ᾧ πονηρᾶς ἀρχῆς οἱ ἀποστάται τὴν αὐτῶν κτίσιν ἀναρτῶσι, μεμηνότες οὐχ ἁλίσκονται;

XI. Σὺ δὲ καὶ βαθύτερον αὐτῶν τῆς δυσσεβείας ὅρα τὴν τόλμαν καὶ τὴν ἀπόνοιαν. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, τὴν μυστικὴν s) τελῶν ἡμῖν καὶ

num Dei, terram vero ſcabellum pedum ejus, Hieroſolyma autem civitatem ejusdem Dei & magni Regis (*Matth.*V.35.) appellat. Si igitur iſta ad creaturas Boni Patris pertinent, ſicut Filius, qui omnia, quæ Patris ſunt, novit, confirmat, quomodo non pro eo, quod in creaturas debacchantur, in ipſum potius Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & Patrem ejus, eo ipſo, quod apoſtatæ illorum creationē a Malo Principio repetunt, furere exiſtimandi ſunt?

XI. Tu vero craſſiorem adhuc impiorum illorum audaciam & dementiam perſpice. Panem noſtrum quotidianū, myſticam nobis ora-

παρα-

s) μυστικὴν] ſubintellige εὐχὴν, i. e. orationem Dominicam, quæ alias ſimpliciter εὐχὴ aut εὐχὴ δεσποτικὴ a Græcis Doctoribus vocari ſolet. Conſtat alioquin εὐχὴν μυστικὴν vocari illam precandi formulam,

παραδιδοὺς ὁ σωτὴρ, αὐτὸς μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ προσέταξε ταύτην t) αἰτεῖν. Οἱ δὲ τὸν ἄρτον εἰς τὴν ὀλέθριον, ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, μετάγουσιν ἀρχὴν, καὶ τρέφειν τὰ ἐξ αὐτῆς τερατολογοῦσι προαχθέντα σώματα. Οὕτω καὶ αὐτῆς ἀναιδῶς τῆς δεσποτικῆς ἐπανίστανται ἐντολῆς, φαῦλά τε λέγοντες τὰ σώματα καὶ φαῦλον τὴν τροφὴν, καίτοι διαῤῥήδην τοῦ δεσπότου διατάττοντος, ταύτην ἡμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτεῖσθαι τοῦ ἀγαθοῦ. Καὶ πῶς ἂν εἴη τούτοις, μὴ ὅτι γε τῆς ἀληθοῦς ἐντολὴν ὁμολογεῖν ἀλλὰ κἂν γοῦν σχήματι μύθου ταῦτα δυνατὸν ὑποβα-λεῖν.

tionem exhibens & tradens Servator, a Patre ſuo expetere juſſit. At illi panem, ſicut & omnia terreſtria, ad pernicioſum referunt Principium, eoque corpora ab eodem producta nutriri nugantur. Adeo impudenter Dominico ſe illi præcepto opponunt, dum & corpora & cibum mala eſſe contendunt, quamvis Dominus diſerte præcipiat, ut eum a Bono Patre expetamus. At quomodo fieri poteſt, ut illi quidem hoc, non dicam, pro veritatis præcepto habeant, ſed vel ſub fabulæ ſpecie iſta animo repræſentent?

qua Sacerdotes in veteri Eccleſia ad ſanctificanda elementa Sacræ Cœnæ uti ſolebant, & quæ cum ipſa Oratione Dominica conjungi ſolebat. Hujus mentio frequens eſt in Liturgiis Græcis.

t) ταύτην] legendum videri poterat τοῦτον, quia ſermo eſt de ἄρτῳ. At Photius hæc ſcribens cogitavit de voce τροφὴ, quæ de pane etiam uſurpari ſolet, & ad hanc, more Scriptoribus Græcis ſolemni, pronomen ταύτην retulit.

λεῖν. Ἴσον γάρ ἐστι ῥυσθῆναί τε τοῦ πονηροῦ δυσωπεῖν, καὶ ἔνοικον αὐτὸν λαβεῖν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιζητεῖν, εἴπερ τοῦ πονηροῦ γεώργιον ἡ τροφή, καὶ μὴν ἐπὶ τέλει τῆς εὐχῆς ὥσπερ αὐτὸ τοῦτο προαναιρῶν τὴν ἀσέβειαν, ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους παραγεγονώς, εἰς ὃν τὴν αἴτησιν ἀναφέρειν τῆς τροφῆς εἰς τὸν αὐτὸν ἀναφέρειν καὶ τὴν ἱκεσίαν ἐθέσπισε, δι' ἧς ῥυσθείημεν ἂν τοῦ πονηροῦ, δηλῶν ὡς ὁ ῥυόμενος ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ, αὐτός ἐστιν ὁ παρέχων ἡμῖν καὶ τὴν σωματικὴν τροφήν, ἐφ' οἷς καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν δόξαν εἰς τοὺς αἰῶνας εἶναι καὶ διαμένειν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ ταῦτα χαριζομένου πατρὸς ἀνεδίδαξεν. Ὁρᾷς, εἰς οἷον βάθος ἡ ἀποστασία καταδύεται, καὶ ὡς ὁ κατ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας λόγος ἐνεργὴς ὤν, καὶ διστόμου μαχαίρας ἀπάσης

Idem enim hoc eſt, ac ſi vereantur, ne a malo liberentur, adeoque a Bono expetant, ut illud tanquam domeſticum recipiant. Si enim cibus Mali eſt opus, certe is, qui ad ſalvandos homines venit, dum in fine orationis idem illud e medio tollit, ad eundem, ad quem preces pro cibo deferri vult, orationem quoq; præſtari jubet, per quam a malo liberemur: indicans ſcilicet, quod, qui nos a malo liberavit, idem nobis & corporeum cibum ſuppeditat, ſuper quibus & regnum, & potentiam & gloriã in perpetuum eſſe & manſurã quoq; unigenitus Patris, qui iſta largitus eſt, filius docuit. Videsne, in quod barathrum apoſtaſia ſe præcipitet, & quomodo verbum veritatis, efficax ſcilicet & ancipiti

τομώ-

τομώτερος ἐπαφίεται; Εἰ δὲ τὸν ἐπιούσιον ἄρτον οὐχ ἁπλῶς ἐρεῖ τις τὸν εἰς τροφὴν τῷ σώματι χορηγούμενον, ἀλλ' ὅς εἰς σῶμα χριστοῦ μεταβάλλει u) καὶ τὴν ψυχὴν συναγιάζει τῷ σώματι, οὐδὲν ἔλαττον διὰ τῆς τοιαύτης θεωρίας, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ἡ ἀσέβεια στηλιτεύεται x) καὶ τὴν ἐκτομὴν ὁ λόγος κατ' αὐτοῦ ἐπιφέρει ἀδυσώπητον.

XII. Εἰ δὲ καὶ δυσὶ κυρίοις οὐκ ἔστι δουλεύειν, τὸ δὲ τοῦ ἀνθρωπίνου συγκρίματος ἡμῶν ἅτε δὴ κτίσμα ὑπάρχον, ὡς ἡ ἀσέβεια βούλεται, τοῦ πο-

gladio quovis penetrantius, in eum graſſetur? Si quis vero panem quotidianum dixerit non ſimpliciter eum eſſe, qui corpori in eſcam ſuppeditatur, ſed eum, qui in corpus Chriſti mutatur, & animam cum corpore ſanctificat, non minus, niſi adhuc magis, hac commentatione impietas confoditur, & ſermo hic immedicabilem ipſi cladem infert.

XII. Quod ſi vero duobus Dominis ſervire non licet, ſubſtantiæ vero humanæ dimidia pars, quippe quæ ex impiorum hominum mente

νηροῦ,

u) *μεταβάλλει*] innuit hic eorum ſententiam, qui *ἄρτον ἐπιούσιον* de ſacroſancta Euchariſtia interpretantur, quod ex veteribus & recentioribus Eccleſiæ Doctoribus non uni perſvaſum fuiſſe pervulgatum eſt. Vide Balthaſ. Stolbergii Diſſertationes p. 220. ſqq.

x) *στηλιτεύεται*] refellitur ſcilicet hic eorum error ex eo, quod, ſi panis a Malo eſſet, optimus Servator aliquid mali ad rem tam ſanctam adhibendum cenſuiſſet, quod dicere nefas eſt.

νηροῦ, ὑπόκειται αὐτῷ καὶ ἄκουσα καὶ δουλεύει ὡς πλάσμα τῷ πλάσαντι, οὐδεὶς ἄρα δουλεύσειε καθαρῶς y) καὶ ὁλοκλήρως Θεῷ. Καὶ εἰς λῆρον αὐτοῖς τὰ θεῖα καταστρέφει κηρύγματα, καὶ, ὢ τῆς ἀτόπου φρενός! ἡ φρικτὴ παρουσία καὶ ἐνανθρώπησις, καὶ πάντα, ὅσα ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὁ δεσπότης ἑκὼν ὑπέστη καὶ κατεδέξατο· ἀλλὰ σὺ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν τροφὴν πονηρὸς καὶ ἀχάριστος περὶ τὸν εὐεργέτην γεγονὼς, πονηρίας δογματίζεις γεώργιον. Ὁ δὲ σωτὴρ τῶν ὅλων καὶ δημιουργὸς οὐ τῆς ἀνθρωπίνης τροφῆς μόνον τὸν οὐράνιον αὐτοῦ πατέρα καὶ Θεὸν, οὗ τὴν βασιλείαν ἐγκελεύεται, πρὸ τῶν σωματικῶν ἁπάντων, ἡμᾶς ἐπιζητεῖν, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὧν τὰ πετεινὰ τρέφεται,

creatura Mali exiſtit, ipſi Malo etiam invita ſervit & ſubjecta eſt tanquam creatura Conditori, nemo ſane pure & integre Deo unquam ſerviverit. Adeo in nugas ipſis abeunt divina præconia, &, ò hominum inſolentiam! ipſe quoq; tremēdus Chriſti adventus & incarnatio, atque adeo omnia, quæ pro ſalute noſtra Dominus ultro ſuſtinuit & recepit. Scilicet tu quidē, malus & ingratus in benefactorem futurus, cibum corporum humanorum malitiæ ſegetem eſſe tradis: Servator vero omnium & auctor Patrem ſuum cœleſtem ac Deum, cujus regnum nos præ rebus corporeis omnibus quærere jubet, non illius ſolum cibi, quo ho-

L αὐ-

y) καθαρῶς] ita lego pro καθαρὸς, quod eſt in MS. Idque vel a ſequente ὁλοκλήρως adſtruitur.

αὐτὸν ἀποφαίνει χορηγόν τε καὶ προνοητήν. Καὶ πῶς οὐκ ἂν τῆς ἐσχάτης μανίας δίκην ἀποτιννύναι ἅπας ὀρθὸς ἐπιψηφίζεται λόγος τοὺς τὰς ἰδίας ὑλακὰς τῶν δεσποτικῶν καὶ σωτηρίων ἀνταλλασσομένους χρησμῶν, ὃν διαῤῥήδην εἰδέναι τε τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα ἡμῶν, ὧν χρείαν ἔχομεν, πρὸς ὃν καὶ τὴν εὐχὴν ἀνατείνειν ἐδιδάχθημεν, πάτερ ἡμῶν, ἀνακράζοντες, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐν τῷ ζητεῖν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, οὐ τὴν τροφὴν παρέχοντα μόνον διαγγέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι' ὧν ἡ θεραπεία τοῦ σώματος, καὶ οὐχ ὅσα μόνον τῇ ἀνθρωπίνῃ χρείᾳ ἐξ ἀναγκαίου συντελεῖ, ἀλλὰ καὶ ὅσα δευτέραν, ἢ καὶ τελευταίαν ἐπέχει τάξιν, αὐτὸν αἴτιον εἶναι καὶ τῆς τούτων φυσικῆς περιβολῆς καὶ αὐξήσεως. Καταμάθετε γάρ φησι

mines, ſed & illorum, quibus volucres nutriuntur, auctorem & procuratorem pronunciat. Et quomodo ſana ratio quævis illis extremæ inſaniæ pœnas non merito irroget, qui clamores ſuos cum oraculis Dominicis & ſalutaribus permutant? Hæ enim docent, Patrem noſtrum in cœlis noſſe, quibus opus habeamus, ad quem & preces deferre juſſi ſumus clamantes: *Pater noſter, qui es in cœlis:* eumque, ſi regnum ejus ejusque juſtitiam quæramus, nunciant, non ſolum cibum nobis præbere, ſed & omnia reliqua, per quæ corpus curatur, nec ea ſolum, quæ ad neceſſarium uſum hominum conferunt, ſed &, quæ ſecundum imo ultimum locum occupant, habitu ſuo naturali inſtruxiſſe,

τὰ

τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει; οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ τὸν σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον. Λέγει γάρ, εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον ὁ Θεὸς ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; Καὶ τῶν φυσικῶν ἀμφιασμάτων τούτων, οἷς ὁ ἀγαθὸς δεσπότης ἠμφιάσατο τὸν χόρτον, τίς ἡ λαμπρότης καὶ πόση! Εἰς δευτέραν αὐτὴ, τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης περινοίας τὰ πρῶτα λαχοῦσαν βασιλικὴν στολὴν, καὶ τῇ πορφυρίδι ἐναστράπτουσαν, παραπέμπει. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο, ὡς ἓν τούτων. Τί οὖν τὴν μὲν τοῦ χόρτου περιβολὴν ὁ ἀγαθὸς περιβάλλει Θεὸς, τῆς δὲ πε-

& aluiſſe. *Conſiderate enim*, inquit, *lilia agri, quomodo creſcant? non laborant, neque nent.* (*Matth.* VI. 29.) Neque hæc ſolum, ſed & ipſum adeo agri gramen, quod hodie exſiſtit, & cras in fornacem mittitur. Ait enim: *ſi vero gramen agri hodie exiſtens, & cras in fornacem conjici ſolitum Deus veſtit, quomodo non multo magis vos ò exiguæ fidei homines!* (v.30.) Et naturalium quidem illorum indumentorum, quibus Bonus Dominus gramen veſtit, quæ & quanta eſt magnificentia! Ea certe veſtem Regiam & purpura ſplendentem, quam humana ſolertia inter primas collocat, poſt ſe tanquam ſecundam relinquit. *Dico enim vobis, quod neque Salomon in omni ſua gloria veſtitus ita fuit, ut unum ex illis.* (v. 29.) Quomodo igi-

ἐμβολῆς, ἣν ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ περιβάλλεται, τὸ σῶμα λέγω, ἄλλον καὶ οὐχὶ τὸν αὐτὸν ἐπιζητήσεις δημιουργὸν, καὶ πῶς οὐχὶ τοῦ εἰς κλίβανον ἐμβαλλομένου χόρτου πολὺ χαλεπωτέρας σεαυτὸν τιμωρίας ὑπεύθυνον ἀποφαίνεις; Καὶ ὁ μὲν σωτὴρ τοῖς τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν δι' ἔργων ἐπιζητοῦσιν, αὐτὸν ἡμῖν, οὗ ἡ βασιλεία καὶ τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐνδύματα, καὶ οἷς ἄλλοις τὸ σῶμα συνέχεται, χορηγήσειν ἐπαγγέλλεται. Σὺ δὲ ταῦτα τῆς δωρεᾶς καὶ χρηστότητος εἰς ἀλλοτρίωσιν ὑποβάλλεις. Καὶ πῶς, ὧν περ αὐτὸς οὐκ ἐστι προαγωγὸς, ἀλλ' ἑτέρας ἀρχῆς πεφύκασιν ἔργα, αὐτὸν ἀναγράφει παρο-

tur graminis quidem veſtitum Bonus parat Deus, tu vero illius veſtimenti, quo hominis anima circumdatur, corporis inquam, alium, non vero eundem, requires conditorem? Et quomodo non ſimul te ipſum longe graviori pœnæ obnoxium fateris, quam gramen illud, quod in fornacem conjicitur? Et Servator quidem illis, qui juſtitiam Dei & regnum per opera quærunt, eundem, cujus regnum illud eſt, & cibum & veſtimenta aliaque, quibus conſervatur, ſuppeditaturum promittit. Tu vero iſta gratiæ & benignitatis munera ad contraria omnia refers. Quomodo vero ipſe, ſe eorum quorum non eſt auctor, ſed quæ alterius ſunt opera, au-

χέα;

χέα; Καὶ τὸ ἔτι ἀτοπώτερον, τοῖς τῆς ἀρετῆς ἀγωνισταῖς καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ποθοῦσιν οἷα δὴ μισθὸν καὶ τῆς φιλοθέου προθυμίας καὶ τῶν ἀρίστων ἀγωνισμάτων τὰ τοῦ πονηροῦ δημιουργήματα παρέχοντά τε καὶ ἀνταποδιδόντα.

XIII. Ὅτι μέντοι σύμφωνος ὁ νόμος τῇ χάριτι, ἑκάτερον δι' ἑκατέρου δέχεται τὴν βεβαίωσιν· ἡ μὲν ὡς ὑπ' αὐτοῦ προδιατυπουμένη τε καὶ προκαταγγελλομένη καὶ οἷον προχαραττομένη, καὶ ἐμφαινομένη τε καὶ ἐνδεικνυμένη τοῖς σκιάσμασιν· ὁ δὲ ἅτε τῶν προρρήσεων καὶ προχαραγμάτων ἐπ' ἔργοις ἐκβεβηκότων διὰ τῆς χάριτος, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ὑπὸ τοῖς παραπετάσμασι κρυπτομένην ἀνακαλυπτούσης τε καὶ ἀνακηρυττούσης ἀλήθειαν. Εἰ δὲ μὴ τὸ σύμφωνον συνδιέσωζον ἀλλήλοις ἡ χάρις καὶ τὰ πρὸ τῆς χά-

ctorem inſcribit? quomodo, quod adhuc abſurdiꝰ eſt, ſe hominibus pro virtute dimicantibus & regnum ſuũ quærentibus, talẽ ſiſtit, qui eis malas Mali creaturas præmium ſtudii ſui, divino amore pleni, & certaminum plurimorum tradat & exhibeat.

